[Грамматикъ IV в. по Р. Хр., извѣстный своими комментаріями къ Вергилію и др. трудами, отчасти дошедшими до насъ. Текстъ: *Servii grammatici qui feruntur in Vergilij carmina commentarii*. Rec. G. Thilo et H. Hagen. Vol. I—III. Lips. 1831—87].

## IN VERGILII AENEIDEM COMMENTARIUS.

## ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ ЭНЕИДЪ ВЕРГИЛІЯ.

Lib. I, v. 490... Amazones dictae sunt vel quod simul vivant sine viris, quasi ἄμα ζῶσαι, vel quod unam mammam exustam habeant, quasi ἄνευ μαστοῦ. Has autem iam non esse constat, utpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille...

...Амазонки названы такъ или потому, что живутъ вмѣстѣ безъ мужей, какъ бы ἄμα ζῶσαι (вмѣстѣ живущія), или же потому, что имѣютъ одну грудь выжженную, какъ бы ἄνευ μαστοῦ (безъ груди). Извѣстно, что онѣ уже не существуютъ, будучи истреблены частію Иракломъ, частію Ахилломъ...

Lib. II, v. 601... Helenam vero immortalem fuisse indicat tempus. Nam constat fratres eius cum Argonautis fuisse: Argonautarum filii cum Thebanis bello<sup>1)</sup> dimicaverunt. item illorum filii contra Troiam bella gesserunt. ergo si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio saeculis durare non posset...

...Время показываетъ, что Елена была безсмертна. Ибо извѣстно, что ея братья были съ Аргонавтами; сыновья Аргонавтовъ сражались съ Фиванцами въ войнѣ; точно также ихъ сыновья вели войны противъ Троя. Стало бытъ, еслибы Елена не была безсмертна, то, безъ сомнѣнія, не могла бы жить столько вѣковъ...

v. 626. P... Oceani filia... Iasonem tunc ad Colchos euntem ineffaciter admaavit...

П... дочь Океана... бесплодно полюбила Иасона, отправлявшагося тогда къ Колхамъ...

Lib. III, v. 35... *Geticis* Thraciis. Getae autem populi sunt Mysiae; quae, quia lata est, multos continet gentes.

*Гетскими*: еракійскими. Геты суть народы въ Мизіи, которая, будучи обширна, заключаетъ въ себѣ много племенъ.

v. 209... Phineus... Iasonem cum Argonautis propter vellus aureum Colchos petentem suscepit hospitio...

...Финей... принялъ въ гости Иасона съ Аргонавтами, ѣхавшаго къ Колхамъ изъ-за золотого руна...

v. 331. Orestes... cum adolevisset cum amico Pylade, tam Aegisthum quam matrem peremit; ob quam causam furii agitatus est nec ante furore liberatus, quam pervenisset in Tauricam regionem, ubi so-

Орестъ..., выросши вмѣстѣ съ другомъ Пилодомъ, убилъ какъ Эгисею, такъ и мать свою; по этой причинѣ онъ былъ преслѣдуемъ фуриями и освободился отъ немощства не прежде, чѣмъ прибылъ въ

1) Scil. Eteoclis et Polynicis bello.

ror eius Iphigenia, subducta a Diana apud Aulidem sacrificio, templo Dianae praeerat et more gentis deae hospites immolabat. Ibi cum ad aras pertractus esset, ut tamquam hospes occideretur, agnitus a sorore subtractus est morti; post, accepto responso, sublato Dianae simulacro, sororem reduxit in Atticam, ubi in honorem conservati numinis Tauropolin appellavit.

Таврическую страну, гдѣ сестра его Ифигенія, похищенная Діаною при жертвоприношеніи въ Авлидѣ, была настоятельницаю въ храмѣ Діаны и, по обычаю *того* племени, закалала чужеземцевъ богинѣ. Когда *Орестъ* былъ привлеченъ тамъ къ алтарямъ, чтобы быть убитымъ, какъ чужеземецъ, онъ былъ узнавъ сестрою и спасенъ отъ смерти. Впослѣдствіи, получивъ отвѣтъ *оракула* и похитивъ кумирь Діаны, онъ возвратилъ сестру въ Аттіку, гдѣ въ честь спасеннаго божества назвалъ ее Таврополою.

Lib. VI, v. 146... *Pictique Agathyrsi* populi sunt Scythiae colentes Apollinem hyperboreum, cuius logia, *id est responsa*, feruntur. 'picti' autem non stigmata habentes, *sicut gens in Britannia*, sed pulchri, hoc est cyanea coma placentes...

*И разрисованные Агаирсы* суть народы съ Скиѣи, чтущіе Аполлона ипербореискаго, *отъ* котораго передаются *логія*, т. е. отвѣты. А *picti* не значить «имѣющіе наколы», какъ племя въ Британніи, но прекрасныя, т. е. правящіяся своими черными волосами...

v. 367. *Caucasus*: mons Scythiae inhospitalis... *Hyrcaanaeque tigres* Arabiae: nam Hyrcania silva est Arabiae...

*Кавказъ*: негостепріимная гора съ Скиѣи... *Ирканскія тигрицы*: Арабскія, ибо Ирканиа есть гдѣсь съ Аравіи.

Lib. VI, v. 798. *Iam nunc et Caspia regna* fines Assyriorum, in quibus sunt *πόλαι*: Caspiae...

*Уже нынѣ Каспійскія царства*: предѣлы Ассирійскіе, въ которыхъ есть Каспійскія ворота...

v. 799. *Maecotia tellus* Scythia, cuius palus est Maecotis.

*Маотійская земля*: Скиѣи, съ которой есть Маотійское болото.

Lib. VII, v. 604. *Lacrimabile bellum*... Getarum fera gens etiam apud maiores fuit: nam ipsi sunt Mysi, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos.

*Слезная война*... племя Гетовъ и у предковъ считалось свирѣпымъ. Ибо это — Мисійцы, которые, по словамъ Саллустія, были побѣждены Лукулломъ.

v. 750... Medea quando relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam pervenisse et populos quosdam, circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra serpentes: quamquam alii Marrubios a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominaverunt ab eo quod eius carminibus serpentes angerent... sunt autem isti Marsorum populi.

...Когда Медея, покинувъ Колховъ, послѣдовала за Іасономъ, то, говорятъ, прибыла въ Италію и сообщила знаніе гдѣчебныхъ снадобій противъ змѣй какимъ-то народомъ, жившимъ вокругъ огромнаго Фуцинскаго озера и называвшимся Маррубіями, т. е. какъ бы обитавшими вокругъ моря; впрочемъ другіе предпочитаютъ объясненіе, что Маррубіи названы такъ отъ царя. И такъ, эти народы называли Медею Ангитією отъ того, что ея заклинаніями мучили (angere) змѣи... А это — народы Марсовъ.

Lib. VIII, v. 300... [Hercules] Prometheus, Iovis imperio in Caucasio monte religatum, occisa sagittis aquila liberavit...

[Геркулесъ] освободилъ Прометея, по Юпитерову повелѣнію прикованнаго на горѣ Кавказѣ, убитъ стрѣлами орла...

v. 421... Chalybes autem proprie populi sunt, apud quos nascitur ferrum... (cf. ad v. 446).

...А Халивы — собственно народы, у которыхъ родится желѣзо...

v. 725... Gelonos populus Scythiae.

...Гелоны — народъ съ Скиѣи.

v. 728. Dahae populi Scythiae, a parte septentrionali iuncti Persidi: unde Davi dicti. Araxes hic fluvius Armeniae, quem pontibus nisus est Xerxes conscendere. Cui Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt. postea Augustus firmiore ponte eum ligavit, unde ad Augusti gloriam dixit 'pontem indignatus Araxes'.

Давы — народы съ Скиѣи, съ сѣверной стороны примыкающіе къ Персид: откуда названы Давами. Араксъ здѣсь — рѣка Арменіи, черезъ которую Ксерксъ пытался перейти по мостамъ. Александръ Великій построилъ на ней мостъ, который разорвало половодье рѣки. Впослѣдствіи Августъ связалъ ее болѣе крѣпкимъ мостомъ, вслѣдствіе чего *поэтъ* къ славѣ Августа сказалъ «Араксъ, негодующій на мостъ».

Lib. IX, v. 81... Ripaei, montes Arcadiae, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus cum Riphaeos, montes Scythiae, significamus.

...Рипейскія горы съ Аркадіи не пишутся съ придыханіемъ: его мы придаемъ, когда обозначаемъ Рифейскія горы съ Скиѣи.

v. 579... Hiberia pars Ponti est inter Persidem et Armeniam, ubi optime colores diversi tinguntur, ut ostendit Horatius dicens *herbasque quas Iolcos atque Hiberia mittit, venenorum ferax*<sup>1)</sup>.

...Иверія есть часть Понта между Персидею и Арменіею, гдѣ отлично красятся травы въ разные цвѣта, какъ показываетъ Гораций, говоря: «и травы, которыя посылаетъ Иолкъ и богатая зельями Иверія».

Lib. XI, v. 532... quidam dicunt Opim et Hecaergen primas ex Hyperboreis sacra in insulam Delum occultata in fascibus mergitum pertulisse...<sup>2)</sup>.

...Нѣкоторые говорятъ, что Опимъ и Екаерга первыя принесли отъ Иперборея на островъ Делосъ святилища, скрытыя въ связкахъ сноповъ...

v. 657. Indefessa infatigabilis. et omnia ei arma Amazonum tradit, quas Titianus<sup>3)</sup> unimammas vocat: nam hoc est Amazon, quasi ἀνευ μαστοῦ, sine mamma...

Indefessa *значитъ* неутомимая. И *поэтъ* передаетъ ей все оружіе Амазонокъ, которыхъ Тиціанъ называетъ одногрудыми: ибо такое значеніе имѣетъ слово Amazon, какъ бы ἀνευ μαστοῦ, безъ груди...

v. 659. Quales Threiciae Tanais fluvius est, qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitaverunt; unde se postea ad Thermodonta, fluvium

*Каковыя тиркійскія*: есть рѣка Танаидъ, которая отдѣляетъ Азію отъ Европы и вокругъ которой раньше жили Амазонки; впоследствии онѣ переселились оттуда къ

1) Hor. *Epod.* V, 21 (v. infra p. 31). ad v. 858.

3) «Exscr. Isid. or. IX, 2, 64». Thilo.

2) Cf. etiam

Thraciae, transtulerunt: quod etiam Sallustius testatur, dicens *dein campi Themiscyrei, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine incertum quam ob causam digressae*. Has quidam dicunt stato die solitas cum Scythia coire.

эракийской рѣкѣ Тормодонту; объ этомъ свидѣтельствуеъ и Саллустій, говоря: «затѣмъ поля Темискирскія, которыми владѣли Амазонки, по неизвѣстной причинѣ ушедшія отъ рѣки Танаиса». Нѣкоторые говорятъ, что онѣ имѣли обыкновеніе въ установленный день сходиться со Скиѣми.

IN BVCOLICON LIBRVM COMMEN-  
TARIVS.

ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ КНИГѢ ВУКОЛИКЪ.

I, v. 65. *Scythia regio septentrionalis.*

Скиѣи — сѣверная страна.

IV, v. 34... fabula de hoc gubernatore 1  
[scil. Tiphye] talis est: Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore ut ab eo privaretur regno et vita, qui altero pede nudo ei sacrificanti occurrisset, forte vidit 5  
Iasonem nudo pede venisse, qui dum Iunonem, transmutatam in anvis speciem, credens mortalem, petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. igitur Pelias, metuens ex responsis fata, iussit eum Colchos proficisci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum et Hellen Colchos pertulerat. qui fabricata navi, quam ab Argo fabricatore Argo appellavit, contractaque iuventute 15  
Graeciae, Tiphyn habuit gubernatorem. sane quidam Argo a celeritate dictam volunt... socii vero Iasonis Minyae appellati sunt vel ab agro huius nominis Colchorum, vel quod multi ex quadam Minya nati Iasoni 20  
se coniunxerint, vel quod Minya Iasoni materna avia fuerit...

...Сказаніе объ этомъ кормчѣмъ [Тифисѣ] таково. Пелій получилъ отъ Аполлона отвѣтъ, что онъ будетъ лишень царства и жизни тѣмъ, кто встрѣтится ему во время жертвоприношенія съ неуботой одной ногой; случайно онъ увидѣлъ, что пришелъ съ неуботой ногой Іасонъ, который потерялъ одинъ башмакъ въ грязи въ то время, какъ переносилъ въ бродъ черезъ рѣку Юнону, принявшую видъ старухи, принявъ ее за смертную женщину. Итакъ Пелій, боясь за свою судьбу вслѣдствіе отвѣтовъ *оракула*, повелѣлъ ему отправиться въ Колхиду и добыть золотую шкуру барана, который отвезъ въ Колхиду Фрикса и Геллу. Іасонъ, построивъ корабль, который по имени строителя Арга назвалъ Арго, и собравъ греческую молодежь, имѣлъ кормчимъ Тифиса. Правда, нѣкоторые предпочитаютъ объясненіе, что Арго названъ такъ отъ быстроты... А соучастники Іасона названы Миніями или отъ поля Колховъ, *носившаго* такое названіе, или потому, что къ Іасону присоединились многіе сыновья какой-то Миніи, или потому, что Минія была бабка Іасона съ материнской стороны...

VI, v. 42. *Caucaseasque refert v. f. P.* 1  
et hic fabulae ordinem vertit, quae talis est: Prometheus, Iapeti et Clymenes filius, post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse et adhibita 5  
facula ad rotam Solis ignem furatus quem hominibus indicavit. ob quam causam irati dii duo mala in miserunt terris, mulieres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus 1)

...И здѣсь *поэтъ* измѣняетъ порядокъ сказанія, которое таково. Промѣей, сынъ Іапета и Климены, послѣ сотворенія имъ людей, какъ говорятъ, при помощи Минервы взомелъ на небо и, приставивъ факелъ къ колесу Солнца, похитилъ огонь, который и показалъ людямъ. Разгнѣванные за это боги наслали на земли два бѣдствія, — женщинъ и болѣзни, какъ упо-

1) «Sappho] cf. Bergk poetae lyr. gr. ed. III p. 920». Thilo. — Hesiodus: Op. et dies 100 sq.



memorant quod tangit etiam Horatius dicens *post ignem aethera domo subductum macies et nova febrium terris incubuit cohors*<sup>1)</sup>. ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucasо religaverunt ad saxum, et adhibita est aquila, quae eius cor exederet. haec autem omnia non sine ratione finguntur: nam Prometheus vir prudentissimus fuit, unde etiam Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a providentia. hic primus astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucasо nimia cura et sollicitudine deprehenderat. hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus, unde etiam maiora astra demonstrat et diligenter eorum ortus occasusque significat. dicitur autem aquila cor eius exedere, quod θυμολόβος est sollicitudo, qua ille adfectus siderum omnes deprehenderat motus. et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae et rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus.... ergo secundum fabulam hystero-logia est: nam prius fuit, ut Prometheus crimen admitteret, postea pateretur supplicia; qui tamen postea, praescepto Iovis occisa per Herculem aquila, liberatus est. alii hunc ferula ignem de caelo subripuisse ferunt et ideo a Iove religatum ad Caucasum et volucris obiectum: quem postea ab ipso Iove resolutum, quod eum monuisset a Thetide abstinere, quia de eius semine nasceretur, qui eum regno pelleret, sicut ipse Saturnum patrem. cui post sacramentum, quod eum numquam se soluturum iuraverat, anulum de ipsis vinculis, clauso de monte Caucasо lapide, dedit ad poenae praeteritae indicium.

1 минають и Сапфо, и Исидоръ. Этого ка- сается также Горацій, говоря: «послѣ похищенія огня изъ эфирнаго жилища на земли налегла худоба и новый взводъ лихорадокъ». А самого Прометееа боги при посредствѣ Меркурія привязали къ скалѣ на горѣ Кавказѣ, и былъ насланъ орелъ, чтобы выѣдать его сердце. Все это выдуманно не безъ основанія: ибо Прометеей былъ мужъ весьма разумный, отчего и названъ Прометеемъ ἀπὸ τῆς προμηθείας, т. е. отъ предусмотрительности. Онъ первый показалъ Ассирійцамъ астрологію, которую усвоилъ съ чрезвычнрымъ стараніемъ и заботою, пребывая на высочайшей горѣ Кавказѣ. А гора эта расположена около Ассирійцевъ и почти достигаетъ звѣздъ, почему также показывается большія созвѣздія и тщательно обозначаетъ ихъ восходъ и закатъ. А о выѣданіи его сердца орломъ говорится потому, что θυμολόβος (сидѣющая душу) есть та заботливость, съ которою онъ позналъ всѣ движенія звѣздъ. И такъ какъ онъ сдѣлалъ это по своему благоразумію, то и говорится, что онъ привязанъ къ скалѣ подъ руководствомъ Меркурія, бога благоразумія и знанія... Итакъ, относительно сказанія допущена «истерологія», ибо совершеніе преступленія Прометеемъ было раньше, а наказанъ онъ позже. Впослѣдствіи онъ былъ освобожденъ, послѣ убіенія Геркулесомъ орла по повелѣнію Юпитера. Другіе передаютъ, что онъ похитилъ огонь съ неба въ тростникѣ и за это былъ привязанъ Юпитеромъ къ Кавказу и представленъ на терзаніе птицѣ, но впослѣдствіи былъ освобожденъ самимъ Юпитеромъ за то, что посовѣтовалъ ему воздержаться отъ Тетиды, такъ какъ отъ его сѣмени родился бы тотъ, кто лишилъ бы его царства, какъ самъ онъ лишилъ своего отца Сатурна. А такъ какъ онъ поклонялся некогда не освобождать Прометееа, то онъ далъ послѣднему въ знакъ перенесеннаго наказанія кольцо, сдѣланное изъ самыхъ оковъ, съ вставленнымъ въ него камнемъ съ горы Кавказа.

VIII, v. 27... Grypes autem genus ferarum in hyperboreis nascitur montibus.

...Грипы — особый родъ животныхъ, водятся на иперборейскихъ горахъ. По

1) Carm. I, 3, 29.

omni parte leones sunt, alis et facie aquilis similes, equis vehementer infestae, Apollini consecratae: ideo 'iungentur iam grypes equis'.

всей внѣшности они суть львы, но крыльями и головой подобны орламъ, очень враждебны конямъ, посвящены Аполлону; поэтому и сказано «уже соединятся грипы съ конями».

IN GEORGICON LIBROS  
COMMENTARIIVS.

I, v. 58. *At Chalybes nudi ferrum subauditur* (ubique 'mittunt'). Chalybes populi sunt, apud quos nascitur ferrum... 'nudi' autem aut apud quos arbores non sunt: aut vere nudi propter ferri caedendi studium... *virosaque Pontus castorea: fibri canes sunt Pontici, quorum testes apti sunt medicaminibus: propter quos ubi se senserint requiri, eos secant...*<sup>1)</sup>.

ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ КНИГАМЪ  
ГЕОРГИКЪ.

А нагіе Халивы желѣзо подразумѣвается вездѣ «шлеть». Халивы суть народы, у которыхъ добывается желѣзо... а «нагіе» значитъ или тѣ, у которыхъ нѣтъ деревьевъ, или дѣйствительно нагіе вслѣдствіе занятія ковкою желѣза... И Понтъ ядовитую бобровую струю: бобры суть Понтійскія собаки, которыхъ шудята пригодны для составленія гѣварствъ; и когда они замѣтятъ, что подвергаются изъ-за нихъ преслѣдованію, то отрываютъ ихъ...

v. 240... 'Riphaeus' autem 'arces' Scythiam dicit, cuius sunt montes Riphaei.

...«Рифейскими твердынями» поэтъ называетъ Скенію, въ которой находятся Рифейскія горы.

III, v. 115... *Pictosque Gelonos stigmata habentes: populi Scythiae, ut pictique Agathyrsi*<sup>2)</sup>.

...И разрисованныхъ Гелоновъ: имѣющихъ наколы; это—народы Скеніи, какъ и разрисованные Агаэрсны.

II, v. 140. *Non tauri spirantes* etc. quales fuerunt in Colchide, civitate Scythiae; nam hoc habet fabula. Iason Colchos profectus ad tollendum vellus aureum, quod dicaverat Marti Phryxus, Medae auxilio et pervigilem draconem occidit et eius dentes sevit iunctis tauris ignem efflantibus: unde nati armati sunt, qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra, postea mutuis se vulneribus conciderunt. has autem ei condiciones Aetes rex proposuerat, cui Apollo responderat tam diu eum fuisse regnaturum, quam diu illud vellus fuisset in templo. et aliter: ut factum est in Colchide, et hic est hydrus, quem Cadmus in Boeotia occidisse fertur, cuius dentes ipse partim ibidem sevit, partim Aetes in Colchide, ex quibus utrique seges armatorum hominum nata est. tauri autem hi sunt,

Не быки извержающіе и т. д., какіе были въ скинскомъ государствѣ Колхидѣ. Ибо существуетъ слѣдующее сказаніе. Иасонъ, отправившись въ Колхиду для похищенія золотого руна, которое Фриксъ посвятилъ Марсу, при помощи Медеи убилъ неусыпнаго дракона и посѣялъ его зубы, запрягши въ ярмо выдыхавшихъ огонь быковъ. Изъ этихъ зубовъ родились вооруженные люди, которые сначала совершили тщетное нападеніе на Иасона, а послѣ истребили другъ друга взаимными ранами. А такія условія предложилъ ему царь Эгій, которому Аполлонъ предсказалъ, что онъ будетъ царствовать дотогѣ, доколѣ это руно будетъ въ храмѣ. И иначе: какъ сдѣлано въ Колхидѣ. И здѣсь разумѣется тотъ змѣй, котораго Бадмъ, по сказанію, убилъ въ Віотіи и зубы ко-

1) Citantur deinde Cicer. pro Scauro fragm. 7 (IV p. 955 sq. Or.) et Iuven. XII, 34.

2) Verg. *Aen.* IV, 146.

quos ignem flantes Aetiae imperio Iason iunxit, unguento usus, quod ei Medea dederat<sup>1)</sup>.

торого частію посѣялъ самъ онъ тамъ же, а частію Эить въ Колхидѣ; изъ нихъ у обоихъ родилися посѣвъ вооруженныхъ людей. А быки — тѣ огнедышшіе, которыхъ Іасонъ запрагъ по повелѣнію Эита, употребивъ *въ дѣло* мазь, которую дала ему Медея.

v. 497. *Aut coniurato d. d. ab Histro* id est non eum sollicitat coniuratio barbarorum. Hister autem fluvius est Scythiae. et aliter: Aufidius Modestus legisse se affirmabat hunc morem esse Dacorum, ut cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Histro certum modum haurientes ore in modum sacri vini iurarent non se ad patriae sedes regressuros nisi hostibus caesis; et idcirco Vergilium familiari sibi hypallage usum dixisse Histrum coniuratum, apud quem Daci coniurare consueverunt<sup>2)</sup>.

*Или отъ связаннаго клятвою Истра*, т. е. его не безпокоитъ заговоръ варваровъ. А Истръ — рѣка *въ* Скиіи. И иначе: Авфидій Модестъ увѣрялъ, что онъ читалъ, будто у Даковъ есть обычай при выступленіи на войну не приниматься за дѣло прежде, чѣмъ извѣстнымъ образомъ хлебнуть ртомъ *воды* изъ Истра на манеръ освященнаго вина и поклянутся не возвращаться въ родныя мѣста, если не перебьютъ враговъ; и поэтому-де Вергилій, воспользовавшись своею любимую гипаллаге, назвалъ «связаннымъ клятвою» Истръ, у котораго Даки имѣли обычай связывать себя клятвою.

III, v. 196. *Qualis Hyperboreis* Hyperborei montes sunt Scythiae, dicti quod supra, id est ultra eos flat Boreas...

*Какъ на Иперборейскихъ*: Иперборейскія горы *въ* Скиіи и названы такъ потому, что выше, т. е. сзади ихъ, дуетъ Борей...

III, v. 349... *Maetia unda* Maetialis palus est Scythiae, frigore congelascens. 350. *Hister fluvius* est Scythiae, qui et Danubius nominatur.

*...Мэотійская волна*: Мэотиды — болото *въ* Скиіи, замерзающее отъ холода. Истръ — рѣка *въ* Скиіи, которая называется также Данубіемъ.

v. 382... *Riphaeo Euro* vento Scythico. Riphaei autem montes sunt Scythiae, ut diximus (I 240), a perpetuo ventorum flatu nominati: nam *ῥιφή* graece impetus et *ἄρμη* dicitur *ἀπὸ τοῦ ῥιπταίν...*

*Рифейскимъ Евромъ* значитъ Скиискимъ вѣтромъ. Рифейскія горы, какъ мы сказали, *находятся въ* Скиіи и названы отъ постоянного дуновенія вѣтровъ: ибо «напоръ» по-гречески *ῥιφή* и *ῥιφή* отъ *ῥιπταίν*.

v. 408... *Hiberi gens* in Ponto; sed magis de Hispanis intellegendum, quorum in latrocinii fama praeponderat<sup>3)</sup>.

Иверы — народъ въ Понтѣ; но скорѣе слѣдуетъ разумѣть Испанцевъ, слава о грабежахъ которыхъ имѣетъ перевѣсъ.

IV, v. 366. *Phasiusque fluvius* Colchidis... *Hypanis autem* Scythiae...

*Фасидъ* — рѣка *въ* Колхидѣ... а Ипанидъ — *въ* Скиіи...

1) Altera haec explicatio (inde a v. *aliter*) legitur etiam in Philargyrii scholiis ad l.

2) Aufidii Modesti narrationem repetit Philargyrus ad l.

3) Eadem leguntur in Philargyrii scholiis.

v. 369... *Hypanis Ponti fluvius...**Ипанидъ* — рѣка въ Понтѣ...v. 516. *Tanainque nivalem fluvium Scythiae. et aliter: Tanais fluvius qui dividit Asiam ab Europa. est autem Scythiae<sup>1)</sup>.**И стѣжный Танаидъ* — рѣку въ Скиѣи. И иначе: Танаидъ рѣка, которая отдѣляетъ Азію отъ Европы; а находится она въ Скиѣи.

## [IVNIVS PHILARGYRIVS].

## [ЮНИЙ ФИЛАРГІРІЙ].

[О сколіяхъ, приписываемыхъ Юнію Филаргірію, см. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 1<sup>2</sup>, стр. 91.—Текстъ: Commentarii in Virgilium rec. A. Lion, Gott. 1826, v. II p. 325 sq.].

## GEORGICA.

## ГЕОРГИКИ.

I, 58. *At Chalybes nudi ferrum: gens in Ponto, quae ferrum reperisse dicitur...**А нагіе Халивы жельзо*: народъ въ Понтѣ, который, говорятъ, нашель жельзо.III, 381. *Trioni i. e. septentrioni subiecta et Hyperboreo, propterea quia regio, quae septentrioni subiacet, Hyperborea vocatur, ab eo quod flatus Boreae excedat.**Trioni*, т. е. лежащая на сѣверѣ, а «Иперборейскій» прибавлено потому, что страна, лежащая на сѣверѣ, называется Иперборейскою, такъ какъ выходитъ за предѣлы дуновения Борея.IV, 367... *Phasis amnis (est) in Colchide.*...*Фасидъ* — рѣка въ Колхидѣ.v. 370... *Hypanis: Scythiae amnis.*...*Ипанидъ* — рѣка въ Скиѣи.

## [M. VALERIVS PROBVS].

## [М. ВАЛЕРІЙ ПРОБЪ].

[Съ именемъ извѣстнаго грамматика М. Валерія Проба, жившаго во 2-й пол. 1 в. по Р. Хр., сохранились толкованія на Буколики и Георгіки, главнымъ образомъ реального характера. Новые ученые отрицають, однако, принадлежность этихъ толкованій Пробу и допускають только, что его трудъ былъ въ числѣ источниковъ неизвѣстнаго составителя сохранившихся до насъ толкованій. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 1<sup>2</sup>, стр. 90. — Текстъ: M. Valerii Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius. Accedunt scholiorum Veronensium et Aspri quaestionum Vergilianarum fragmenta. Ed. Henr. Keil. Halis 1848].

## COMMENTARIUS IN BUCOLICA.

## ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ БУКОЛИКАМЪ.

VI, 42. *Prometheus opera sua et fictos et animatos homines cum videret ignis egere, qui solis in lumine diem diis operabatur, ferula interceptum in terras deferebat. Furem Iuppiter insequabatur. Sed ille,*

Проміеей, видя, что люди, созданные и одушевленные его трудомъ, не имѣють огня, который производилъ дневной свѣтъ (досл. день во свѣтѣ) однимъ богамъ, захватилъ его въ тростинку и понесъ на землю.

1) Altera explicatio exstat ap. Philargyrium.

qui non posset perferere, in silicem ferulam adlisis eique ignem commendavit. Id aegre ferens Iuppiter in monte Caucaso eum laminis patibulo adfixit et adhibuit vulturem, qui cor eius exederet. Hunc quidem vulturem Hercules interemit, Prometheus tamen liberare, ne offenderet patrem, timuit. Sed postea Prometheus Iovem a concubitu deterruit, pronuntians, quod ex his nasceretur, qui ipsis diis fortior futurus esset. Ob hoc beneficium Iuppiter eum solvit. Ne tamen impunitus esset, coronam et anulum gestanda ei tradidit, ut neque in anulo saxi aut ferri memoria deesset, et in corona vinculorum forma remaneret.

Юпитеръ погнался за воромъ. Но онъ, не имѣя возможности убѣжать, ударилъ тростинку о камень и сообщилъ ему огонь. Разгнѣванный этимъ Юпитеръ приковалъ его цѣпями къ дубу на горѣ Кавказѣ и напустилъ коршуна выѣдать его сердце. Этого коршуна убилъ Геркулесъ, но побоялся освободить Проміея, чтобы не оскорбить отца. Но впоследствии Проміею страхомъ отклонилъ Юпитера отъ брака, заявляя, что отъ этого брака родится *такой сынъ*, который будетъ сильнѣе самихъ боговъ. За эту услугу Юпитеръ освободилъ его. Но для того, чтобы онъ не остался безнаказаннымъ, передалъ ему для ношенія вѣнецъ и кольцо, чтобы послѣднее напоминало ему о скалѣ или желѣзѣ, а въ вѣнцѣ сохранялась форма оковъ.

## COMMENTARIUS IN GEORGICA.

I, 56... Chalybes natio Pontica, in qua sunt ferrifodinae; ibi autem a nudis ferrum quaeritur.—Pontus fert et castorea, sed non solus, fibri enim testes hoc nomine appellantur. Quod animal cum etiam in aliis regionibus, quam Ponto, nascatur, non tamen tanta vis est testium, quanta Ponticorum fibrorum.

## ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ ГЕОРГИКАМЪ.

...Халивы — народъ Понтійскій, въ *землѣ* котораго есть желѣзные рудники; а тамъ желѣзо добывается обнаженными. Понтъ доставляетъ и «castorea», но не одинъ; этимъ именемъ называются шулата бобра. Хотя это животное водится и въ другихъ странахъ, а не только въ Понтѣ, но не такова сила шулаты, какъ у Понтійскихъ бобровъ.

II, 115. *Geloni* sunt Scythae, dicti ab Herculis filio Gelono et Echidna, ut in quarto Herodotus refert <sup>1)</sup>.

*Гелоны* — Скифы, названные отъ Гелона, сына Геркулеса и Ехидны, какъ сообщаетъ Иродотъ въ IV книгѣ.

v. 126... Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medae et Aegaei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit...

...Часть Парсовъ названа Мидіей отъ Мида, сына Меды и Эгея, какъ полагаетъ Варронъ, который издалъ 4 книги объ Аргонавтахъ...

v. 152... Aconita sunt venenorum genera, quae fere in petris nascuntur Scythiae iuxta Maeotidem paludem.

Акониты — виды ядовъ, которые обыкновенно рождаются на скалахъ въ Скиіи, близъ Мэотійскаго болота...

III, 197. Scythia regio est septentrionalis.

Скиіа — сѣверная страна.

v. 382... Rhiphaeos montes quidam putaverunt Alpes. Sed proprie sunt Rhiphaei montes Scythiae...

...Нѣкоторые принимали Рифейскія горы за Альпы. Но собственно Рифейскія горы находятся въ Скиіи...

1) Herod. IV, 10. V. vol. I, p. 10.

v. 461... Bisaltae gens est Thracum;  
Geloni Scythiae, et utriusque a regionibus  
dicti.

...Бисалты — племя фракийское, Ге-  
лоны — скиское; и тѣ и другіе названы  
по странамъ...

## SCHOLIORVM FRAGMENTA

E CODICE RESCRIPTO VERONENSI  
EDITA.

## ОТРЫВКИ СХОЛІЙ,

ИЗДАННЫЕ ИЗЪ ВЕРОНСКАГО ПА-  
ЛИМПЕСТА.

[Текстъ: M. Valerii Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius. Ed. Henr. Keil.  
Pp. 71—107].

Georg. 2, 114. *Pictosque Gelonos,*  
Thracas corporibus interlitis, industria ha-  
bentes membra. Sic et alibi Pictique Aga-  
thyrsi<sup>1)</sup>. *Nonnulli autem de versicoloribus*  
eorum vestibus pictos putant dictos.

*И разрисованныхъ Гелонозъ:* Фракий-  
цевъ съ промазанными тѣлами, имѣющихъ  
блестящіе члены. Такъ и въ иномъ мѣстѣ  
«разрисованные Агаѳирсы». А нѣкоторые  
думаютъ, что «разрисованные» сказано  
объ ихъ разноцвѣтныхъ одеждахъ.

## SCHOLIA BERNENSIA.

[Текстъ: Scholia Bernensia ad Vergili Bucolica atque Georgica ed. Herm. Hagen. Lips. 1867].

## BUCOLICA.

I, v. 66... Aliter: *Oaxen*, fluvius Scy-  
thiae, creteum colorem habens...

## БУКОЛИКИ.

...Иначе: Оаксъ—рѣка съ Скиіи, имѣ-  
ющая мѣловой цвѣтъ...

IV, v. 35. *Delectos heroes*, id est for-  
tes viros. *Delectos* pro electis dixit, qui  
Argonautae dicti sunt et cum Iasone Col-  
chos profecti...

*Отборныхъ героевъ,* т. е. храбрыхъ  
мужей. «Отборныхъ» *поэтъ* сказалъ вмѣ-  
сто «избранныхъ», которые названы были  
Аргонавтами и отправились съ Иасономъ  
въ Колхиду...

VI, v. 42. *Caucasias*. Caucasus mons  
Scythiae... *Promethei* Prometheus, Iapeti  
filius, dicitur per sollertiam ignem a fulmine  
ferula furatus esse et hominibus dedisse;  
eum Iuppiter in Caucaso monte Scythiae  
catenis religasse et aquilam sive vulturem  
ei adposuisse ut iecur eius exederet, quod  
semper dicitur renasci semperque lacerari.—  
Caucasus mons Armeniae vel mons Scythiae,  
ubi Prometheus ligatus ab aquila consumi-

*Кавказскія.* Кавказъ—гора съ Скиіи...  
Промнеей, сынъ Іапета, говорятъ, хи-  
тростью украсть огонь отъ молніи въ тро-  
стнику и далъ людямъ; *за это* Юпитеръ  
приковалъ его цѣпями на скиской горѣ  
Кавказѣ и приставилъ къ нему орла или  
воршуна выѣдать его печень, которая, го-  
ворятъ, постоянно возраждалась и посто-  
янно терзалась.—Кавказъ—гора съ Арме-  
ніи или съ Скиіи, гдѣ прикованный Про-

1) Aen. IV, 146.

tar propter quod ignem de caelo furtim abstulit et ideo ab Iove condemnatus in montem Caucasum per consumptionem iecoris interiit, quod semper renatum et semper laceratum poenam aeternam facit...

мнеей поѣдается орломъ за то, что тайкомъ унесъ съ неба огонь, и за это осужденный Юпитеромъ на горѣ Кавказѣ терзается выѣданіемъ печени, которая, постоянно возражаясь и постоянно подвергаясь терзанію, дѣлаетъ казнь вѣчною...

VIII, v. 6... Timavus flumen de Rhipaeis montibus oriens inter Asiam et Europam serpens Maeotidas paludes auget; vel Timavus fluvius est Venetiae magno fonte exoriens.

...Рѣка Тимавъ, берущая начало съ Рипейскихъ горъ и текущая между Азією и Европою, увеличиваетъ Мэотійскія болота; или Тимавъ — рѣка съ Венеціи, берущая начало изъ большого источника.

v. 27. Iungentur iam gryphes equis. Haec contra naturam fiant. Gryphes, aves ferae quae sunt in Scythia, vel animal, quod in Hyperboreis locis nascitur, semper equos adfectans, sed ad nocendum, quod rostrum habet et pennas quattuorque pedes; imago leonis, caput aquilinum et ungues... Gryphes, animal est in Hyperboreis montibus, simile leoni, alas habens et rostrum in similitudine aquilae, equis inimicissimum.

Уже соединяются грифы съ конями. Это произошло бы противъ природы. Грифы — двікія птицы, которыя водятся въ Скиѣи, или животное, которое водится въ Иперборейскихъ мѣстностяхъ, и постоянно приманиваетъ къ себѣ лошадей, но съ цѣлю вреда; оно имѣетъ клювъ, перья и четыре ноги; видъ льва, орлиная голова и когти... Грифы — животное въ Иперборейскихъ горахъ, подобное льву, имѣющее крылья и клювъ на подобіе орла, весьма враждебное лошадямъ.

v. 49... Mater, Medea, Aetiae filia, regis Colchorum...

...Мать — Медея, дочь Эита, царя Колховъ...

GEORGICA.

ГЕОРГИКИ.

I, 58. Chalybes, gens in Ponto, inventrix ferri, dicti a Chalybio Euboeiae vico, quod hinc coloni fuerunt. Iunilius <sup>1)</sup> dicit...

Халлы — народъ въ Понтѣ, отервшій желѣзо; названы такъ отъ евбейскаго селенія Халлыя, потому что были переселенцами оттуда. Такъ говоритъ Юнлій...

v. 59... Castorea. Castores dicuntur id est canes silvestres, qui in Ponto tantum nascuntur, quos Latini 'febros' dicunt, quorum testiculi pretiosi sunt ad medicamenta, et virus, quod habent, 'castoreum' dicitur. ut in Physiologi libro dicitur. Iunilius dicit...

Castorea: castores называются лѣсные собаки, которыя водятся только въ Понтѣ и которыхъ латинцы называютъ febri; ихъ шулята драгоцѣнны для приотовленія лѣкарствъ, и сокъ, который они заключаютъ въ себѣ, называется castoreum, какъ говорится въ книгѣ «Физиологъ». Такъ говоритъ Юнлій...

II, v. 115. Pictos, quos alii dicunt 'Cruithnediu' sed falso <sup>2)</sup>. Pictosque Gelonos, qui stigma habent. Sunt autem Thra-

Pictos, которыхъ иные называютъ Cruithnediu, но ложно. И разрисованныхъ Гелонсовъ, которые имѣютъ наколы. Это

1) «Der Name Iunilii Flagrii ist aus Iunius Philargyrius entstellte». Schanz. Cruithnediu Hagenus conferri iubet Diefenbachii Celtica II, 2 p. 215.

2) De illo

ces a Gelono, Herculis et Chaoniae <sup>1)</sup> Nymphae filio dicti.

Оракиѣды, названныя такъ отъ Гелона, сына Геркулеса и Нимфы Хаоніи.

II, v. 140... *Non tauri spirantes, quales fuerunt cum Aeeta in Colchide, civitate Scythiae. Hic fabulam Medaeae Aeetae filiae et Iasonis Thessali domantis tauros a Medea adiuti intellegendum.*

v. 141. *Hydri, pro dracones, ut solet <sup>2)</sup>; in Boeotia Cadmum sevisse, in Colchide Iasonem.*

...*Не быки дышащіе, какіе были съ Эитою въ Колхидѣ, государствѣ Скиѣи. Здѣсь слѣдуетъ разумѣть сказаніе о Медѣѣ, дочери Эѣта, и Тессалійцѣ Іасонѣ, укрощающемъ быковъ съ помощью Медеи.*

*Hydri* вмѣсто драконовъ, какъ обыкновенно. [Извѣстно, что ихъ зубы] въ Віотіи посѣялъ Кадмъ, а въ Колхидѣ Іасонъ.

v. 497. *Aut coniurato. Coniuratio barbarorum non eum sollicitat. Quia conveniunt iureiurando ultra flumen Histrum, id est Danuvium, et, cum sedes ponerent, cooperunt Romanos pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt proiecti et repulsi. Histro, Danuvius fluvius Scythiae.*

*Или связаннаго клятвою.* Заговоръ варваровъ его не беспокоитъ. Они подъ клятвою сошлись за рѣку Истръ, т. е. Данувій, и, устраивая тамъ мѣста жительства, начали прогонять Римлянъ, но по повелѣнію Августа были разбиты и отброшены назадъ Агриппою. *Истръ*: Данувій, рѣка съ Скиѣи.

III, v. 196. *Qualis Hyperboreis. Hyperborei montes in Scythiae, inter quos aquilo inflat.*

*Какъ на Иперборейскихъ.* Иперборейскія горы въ Скиѣи, между которыми дуетъ сѣверный вѣтеръ.

v. 349... *Maeotia, palus Scythiae frigore congelascens. Gaudentius dicit. Scythiae gentes, sub Septentrionis partibus iacent Asiae et Europae. Maeotia. Maeotis Scythiae palus, in quam fluit Tanais dicta a Nympha huius nominis. Iunilius dicit.*

...*Мэотія* — болото въ Скиѣи, замерзающее отъ холода. Такъ говоритъ Гавденцій. *Скиѣскія племена* живутъ въ сѣверныхъ частяхъ Азіи и Европы. *Мэотія.* Мэотіяда — болото съ Скиѣи, въ которое течетъ Танаидъ, названный по Нимфѣ этого имени. Такъ говоритъ Юнилій.

v. 350... *Hister, fluvius Scythiae, qui et Danuvius nominatur; alii dicunt separatim Hister.*

*Истръ* — рѣка съ Скиѣи, которая называется также Данувіемъ; другіе говорятъ отдѣльно Истръ.

v. 461. *Bisaltae. Geloni iidem sunt, qui et Getae, Graeciae iuncti <sup>3)</sup>, quorum pastores, quos Nomadas vocant, eum usum curandi pecoris habere dicuntur, quem supra memoravit. Iunilius dicit. Bisaltae, populi Scytharum, qui fugientes equorum sanguine aluntur cum lacte permixto. Gaudentius dicit.*

*Бисалты.* Гелоны — тѣ же, что Геты, соединенные (?) съ Греціей, пастухи которыхъ, называемые Номадами, какъ говорятъ, держатся того способа ухода за скотомъ, который поэтъ упомянулъ выше. Такъ говоритъ Юнилій. *Бисалты* — народы скиѣскіе, которые во время бѣгства питаются конскою кровью, смѣшанною съ молокомъ. Это говоритъ Гавденцій.

<sup>1)</sup> «Chaoniae] Echidna dicitur a Probo p. 48, 4 K., quod hic reponi vult Wagner de Phil. II p. 26». Hagen.    <sup>2)</sup> «ut solet] An: 'ut fabula est'?» Hagen.    <sup>3)</sup> iuncti] an: vicini? Hagen.



IV, 367. *Phasim, flumen Scythiae id est Colchidia.* *Фасидъ* — рѣка въ Скииѣ, т. е. въ Колхидѣ.

v. 370. *Hyranis, fluvius, forsan Italiae.* *Иранидъ* — рѣка, можетъ быть въ Италиѣ.

## C. CORNELIVS GALLVS.

## Г. КОРНЕЛИЙ ГАЛЛЬ.

[Одинъ изъ видныхъ поэтовъ Августова вѣка, род. въ 69 г. до Р. Хр., кончилъ жизнь самоубійствомъ въ 26 г. Написалъ 4 книги элегій, въ которыхъ воспѣвалъ свою возлюбленную Ликориду, и переводилъ греч. писателя Евфоріона. См. о немъ Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* II, 1<sup>2</sup>, стр. 142. Единственный сохранившійся до насъ стихъ Галла приведенъ у Bährens'a, *Fragm. poet. Latin.* (Lips. 1886), p. 336].

Versum citat Vibius Sequester s. v. Hyranis (v. infra).

## Q. HORATIVS FLACCVS.

## КВ. ГОРАЦИЙ ФЛАККЪ.

[Знаменитый поэтъ, род. въ Венузіи 8 декабря 65 г., ум. въ Римѣ 27 ноября 8 г. до Р. Хр.—  
Текстъ: Q. Horati Flacci carmina recogn. Iosephus Sche bog. Petropoli 1890].

## CARMINA.

## ОДЫ.

Carin. II, 9.

1. Non semper imbres nubibus hispidos  
Manant in agros, aut mare Caspium  
Vexant inaequales procellae  
Usque, nec Armeniis in oris,  
2. Amice Valgi, stat glacies iners  
Menses per omnes...

Не вѣчно дожди каплютъ изъ тучъ на  
грязныя поля, не непрерывно злобныя  
бури мучать Каспійское море, другъ Валь-  
гій, не каждый мѣсяцъ стоитъ недвижный  
ледъ на берегахъ Арменіи...

Carin. II, 20.

13. Iam Daedaleo tutior Icaro  
Visam gementis litora Bospori  
Syrtesque Gaetulas canoros  
Ales Hyperboreosque campos.  
Me Colchus et qui dissimulat metum  
Marsae cohortis Dacus et ultimi  
Noscent Geloni, me peritus  
20. Discet Hiber Rhodanique poter. <sup>1)</sup>

... Уже пѣвчею птицею, безопаснѣе  
Дадалова Икара, облечу я берега шума-  
щаго Воспора, Гетульскіе Сирты и Иер-  
борейскія поля. Меня узнаютъ и Колхъ,  
и Дакъ, скрывающій страхъ предъ когор-  
тою Марсовъ, и живущіе на краю свѣта  
Гелоны, меня изучитъ просвѣщенный  
Иберъ и тотъ, кто пьетъ воду Родана...

<sup>1)</sup> Cf. quae de his versibus dicit Gr. Saenger in *Commentario critico ad nonnullos Horatii locos*, ed. 2 p. 174.

## Carm. III, 4.

29. Utcumque mecum vos eritis, libens  
 Insanientem navita Bosporum  
 Temptabo et urentes arenas  
 Litoris Assyrii viator;  
 Visam Britannos hospitibus feros  
 Et laetum equino sanguine Concanum;  
 Visam pharetratos Gelonos  
 30. Et Scythicum inviolatus amnem. <sup>1)</sup>

... Пока вы будете со мною, я охотно поѣду на корабль въ свирѣпый Воспоръ и обойду пѣшкомъ жгучіе пески Ассирійскаго края; я невредимо посѣщу Британновъ, жестокихъ къ чужеземцамъ, и охотно пьющаго конскую кровь Конкана, посѣщу вооруженныхъ колчанами Гелоновъ и Скиескую рѣку...

## Carm. III, 8.

17. Mitte civiles super urbe curas:  
 Occidit Daci Cotisonis agmen <sup>2)</sup>,  
 .....  
 Iam Scythae laxo meditantur arcu  
 24. Cedere campis...

Оставь гражданскія заботы о городѣ: погибло войско дакійскаго Котисона,.... Скиевъ уже подумываютъ уступить намъ поля, ослабивъ свои луки...

## Carm. III, 24.

9. Campestres melius Scythae,  
 Quorum plaustra vagas rite trahunt  
 domos,  
 Vivunt et rigidi Getae,  
 Inmetata quibus iugera liberas  
 Fruges et Cererem ferunt  
 Nec cultura placet longior annua,  
 15. Defunctumque laboribus  
 Aequali recreat sorte vicarius.  
 Illic matre carentibus  
 Privignis mulier temperat innocens,  
 Nec dotata regit virum  
 20. Coniunx nec nitido fidit adultero.  
 Dos est magna parentium  
 Virtus et metuens alterius viri  
 Certo foedere castitas,  
 24. Et peccare nefas, aut pretiumst mori.

... Лучше живутъ степные Скиевъ, у которыхъ по обычаю кибитки несутъ на себѣ переносные дома, или суровые Геты, которымъ немѣрныя поля приносятъ свободные плоды и хлѣба; они не занимаютъ земледѣіемъ дольше года, и окончившаго труда замѣняетъ преименіемъ по равному для всѣхъ жребію. Тамъ невинная жена заботится о лишившихся матери пасынкахъ, супруга съ большимъ приданымъ не властвуетъ надъ мужемъ и не вѣрится холемому любовнику. У насъ самое важное приданое — родительская честь и опредѣленное договоромъ цѣломудріе, боящееся чужаго мужчины; тамъ нельзя грѣшить подъ страхомъ смерти...

## Carm. IV, 5.

25. Quis Parthum paveat, quis gelidum  
 Scythen,  
 Quis Germania quos horrida parturit  
 Fetus, incolumi Caesare? quis ferae  
 Bellum curet Hiberiae? <sup>3)</sup>

Кто при жизни Цезаря станетъ бояться Парянца или обитателя холодныхъ странъ Скиевъ, или тѣхъ отродевъ, которыми чревата суровая Германія? кто будетъ безпокоиться о войнѣ со стороны дикой Иберіи?...

## Carm. IV, 14.

41. Te Cantaber non ante domabilis  
 Medusque et Indus, te profugus Scythes

...Непокорный раньше Кантабръ, и Мидянинъ, и Индеецъ, и бродячій Скиевъ

1) De Concano et amne Scythico v. infra scholia. 2) Cotiso est Dacorum rex a Crasso victus a. 80 a. Chr. 3) Spurious esse hos versus indicat L. Mueller in editione maiori carminum Horatii (Petropoli et Lipsiae, 1900, v. II, p. 368).

Miratur, o tutela praesens  
Italiae dominaeque Romae.  
Te, fontium qui celat origines,  
Nilusque et Ister...

дивятся тебѣ, о настоящая ограда Италіи  
и повелителя Рима. Тебѣ *дивятся* скрывающій истоки Нилъ и Истръ...

## Carm. IV, 15.

21. Non, qui profundum Danavium bibunt,  
Edicta rumpent Iulia, non Getae,  
Non Seres infidive Persae,  
Non Tanain prope flumen orti.

Не нарушатъ Юліевыхъ повелѣній ни  
тѣ, которые пьютъ *воду* глубокаго Дану-  
вія, ни Геты, ни Серы или вѣроломные  
Персы, ни *народы*, родившіеся близъ рѣки  
Танаида...

## CARMEN SAECVLARE.

22. Iam mari terraque manus potentes  
Medus Albanasque timet secures,  
Iam Scythae responsa petunt superbi  
Nuper et Indi.

## ЮБИЛЕЙНАЯ ПѢСНЬ.

... Уже Мидіецъ боится могуществен-  
ныхъ на сушѣ и на морѣ войскъ и албан-  
скихъ сѣкиръ, уже недавно надменные  
Скионы и Индійцы просятъ отвѣтовъ на  
*свои молебны*...

## EPODON LIBER.

## КНИГА ЭПОДЪ.

## III.

23. Ut Argonautas praeter omnes candidum  
Medea miratast ducem,  
Ignota tauris inligaturum iuga  
Perunxit hoc Iasonem...

Когда Медея восхитилась, помимо  
всѣхъ Аргонавтовъ, *изъ* прекраснѣй-  
шимъ вождемъ, она показала этимъ *земель* Іа-  
сона, который долженъ былъ наложить на  
быковъ невѣдомое *имъ* ярмо...

## V.

(Canidia iubet)  
24. Herbasque, quas Iolcos atque Hiberia  
Mittit venenorum ferax,  
Et ossa ab ore rapta ieiunae canis  
Flammis aduri Colchicis...  
(Ibid. v. 61—62 commemorantur «dira barbarae venena Medae».)

(Канидія велитъ) сжечь на колх-  
скомъ огнѣ травы, которыя производятъ  
Іолкъ и богатая ядами Иверія, и кости,  
отнятыя изъ пасти тощаго пса...

## XVI.

27. Non huc Argoo contendit remige pinus,  
Neque inpudica Colchis intulit re-  
dem...

... Сюда не направился корабль съ  
Аргойскимъ гребцомъ, и не ступила ногою  
безстыдная Колхидянка...

## XVII.

28. Optat quietem Pelopis infidi pater,  
Egens benignae Tantalus semper dapis,  
Optat Prometheus obligatus aliti,  
Optat supremo collocare Sisyphus  
In monte saxum; sed vetant leges Iovis.

Желааетъ покоя отецъ вѣроломнаго  
Пелопы Танталя, вѣчно алчущій обиль-  
ныхъ яствъ, желааетъ Прометеей, отданный  
во власть хищной птицѣ, желааетъ Сисифъ  
положить камень на вершинѣ горы,—  
но Зевсовы велѣнія запрещаютъ *это*...

Praeterea commemoratur «Pontica pinus, silvae filia nobilis» carm. I, 14, 11; «inhospitalis Caucasus» carm. I, 22, 7 et epod. I, 12; Fortunam metuere dicuntur «Dacus asper et profugi Scythae» carm. I, 35, 9 (Massagetae commemorantur ibid. v. 40); Geloni comm. carm. II, 9, 23; «venena Colcha» s. «Colchica» comm. carm. II, 13, 8 et epod. XVII, 35; «extremus Tanais» carm. III, 10, 1; «Tanais discors» (pro accolis Tanaidis discordibus) carm. III, 29, 28; «monstrum Colchorum» carm. IV, 4, 63.—Epist. II, 3 (de arte poetica) v. 118 dicitur «sit Medea ferox invictaque», т. е. «Медea въ драмѣ должна изображаться свирѣпою и непобѣдимою».

## HORATII SCHOLIASTAE.

POMPONIVS PORPHYRIO.

[Грамматикъ, жившій, повидному, въ III в. по Р. Хр., извѣстенъ своими комментаріями къ Горацию, преимущественно грамматическаго и риторическаго характера.—См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. III, p. 151.—Текстъ: Pomponi Porphyrii commentum in Horatium Flaccum. Rec. Alfr. Holder. Ad Aeni pontem 1894].

COMMENTUM IN HORATIVUM  
FLACCVM.

Od. I, 35, 9. *profugi Scythae*. Manifestum est, cur *profugos* dixerit, quod scilicet etiam fugiendo proeliarentur.

Ibid. v. 40... Massagetae autem gens Thraciae.

Od. II, 13, 8. *ille [et] venena Colcha*. Colchica, inquit, quia Medea Colchis fuit, quam summam veneficam fuisse historiae Graecorum tradunt.

Od. II, 20, 16. *Hyperboreosque campos*. Qui ultra flatus aquilonis septemtrioni subiacent.

Od. III, 4, 34. *et laetum equino sanguine Concanum*. Concani Hispaniae gens est vel, ut alii dicunt, Scythiae, quos ostendit equino vesci sanguine. De quo et Vergilius<sup>1)</sup> sic ait *Et lac concretum cum sanguine potat equino*.

36 *et Scythicum inviolatus amnem*. Scythicum amnem Tanain videtur significare...

## СХОЛИАСТЫ ГОРАЦИЯ.

ПОМПОНИЙ ПОРФИРИОНЪ.

ОБЪЯСНЕНИЕ КЪ ГОРАЦИЮ  
ФЛАККУ.

*Былицы Скиевъ*. Ясно, почему поэтъ назвалъ ихъ *profugi*, именно потому, что они сражаются и въ бѣгствѣ.

... А Массагеты—племя еракійское.

*Онъ и Колхидскіе яды*. Поэтъ назвалъ яды колхидскими, потому что Колхидянка была Медea, которую греческія преданія выставляютъ величайшей волшебницей.

*И Иперборейскія поля*: которыя лежать на крайнемъ сѣверѣ за дуновениями Аввиглона.

*И довольномаю конскою кровью Конкана*. Конканы—племя испанское или, какъ говорятъ другіе, севское; поэтъ указываетъ, что они питаются конскою кровью. О немъ и Вергилій говоритъ такъ: И пьеть сгущенное молоко съ конскою кровью.

36 *и невредимо скиевскую рѣку*: именованъ севской рѣки поэтъ, повидному, обозначаетъ Танаидъ...

1) Georg. 3, 463 (supra, p. 15).

Od. III, 10, 1. *Extremum Tanain si biberes Lyce...* Tanais autem flumen est Scythiae...

2—4 *incolis autem aquilonibus ad illud pertinet, quod dixerat extremum Tanain si biberes.* Tanais enim flumen in parte septentrionali est, unde Aquilo oriri videtur.

*Если бы ты, Лица, пила находящийся на краю света Танаидъ... Танаидъ — рѣка въ Скиѣи... а выраженіе incolis aquilonibus относится къ тому, что онъ сказалъ раньше «еслибы ты пила находящийся на краю свѣта Танаидъ»: ибо рѣка Танаидъ находится въ сѣверной части света, откуда, повидимому, возникаетъ Аквилонъ.*

Od. III, 24, 9. *campestres melius Scythae.* campestres Scythae, quod in campis sine tectis vivant, dicti sunt; de quibus et Sallustius<sup>1)</sup> sic ait *Scythae nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt.*

11 *et rigidi Getae.* Getae Thracae sunt; quos rigidos dixit propter frigora regionum earum...

*Лучше полевые Скиѣи:* Скиѣи названы полевыми потому, что живутъ въ поляхъ безъ жилищъ; о нихъ и Саллустій говорить такъ: занимаютъ кочевые Скиѣи, которымъ повозки служатъ жильемъ.—11: *и холодные Геты:* Геты суть Фракіицы; *поэтъ* назвалъ ихъ холодными по причинѣ холодовъ въ тѣхъ странахъ...

Od. III, 29, 28. *Tanaisque discors.* Tanais flumen est influens Maeotidis paludibus, et inde in Pontum. discors autem dictus, quod discernat Europam et Asiam, nisi forte ad incolas eius referamus hoc epitheton, qui inter se (namque sunt ferocissimi barbari) discordant.

*И враждующій Танаидъ.* Танаидъ — рѣка, впадающая въ Мэотійскія болота, а оттуда въ Понтъ; она названа discors потому, что раздѣляетъ (discernit) Европу и Азію, если только мы не отнесемъ этого эпитета къ его жителямъ, которые враждуютъ (discordant) между собою, потому что они — свирѣпѣйшіе варвары.

Od. IV, 14, 42. *te profugus Scythes.* Profugus dicitur, quia numquam eodem loco manet, unde et nomades dicuntur.

*Тебя бѣглець Скиѣи:* называется profugus, такъ какъ никогда не остается на одномъ мѣстѣ, откуда они называются также номадами.

Od. IV, 15, 24. Scythas significat<sup>2)</sup>.

*Поэтъ* разумѣетъ Скиѣовъ.

Epod. III, 9. *candidum Medea mirata est ducem.* Iasonem significat... notam autem historiam hic in iocum convertit, quasi Medea alio perunxerit Iasonem, ut eum muniret adversus vim taurorum flammam spirantium, qui iussu regis subiciendi erant, si vellet pellem auream accipere.

*Медя изумилась блестящему вождю.* Поэтъ обозначаетъ Иасона... здѣсь онъ извѣстное преданіе обращаетъ въ шутку, какъ будто бы Медя намазала чеснокомъ Иасона, чтобы предохранить его отъ силъ огнедышащихъ быковъ, которые должны были быть укрощены по повелѣнію царя, если Иасонъ хотѣлъ получить золотое руно.

Epod. V, 21... Hiberia<sup>3)</sup> autem nunc quae in Ponto est intellegenda.

...Здѣсь слѣдуетъ разумѣть ту Иверію, которая въ Понтѣ.

1) Hist. III fragm. 51 Dietsch.

2) Petschenig ex codicum vestigiis *hostem id est <Maeotios> Scythas restituere conatur.*

3) «Hiberiam» Holder.

Epod. XVI, 58... Medeam significat, quae Iasonem prosecuta cum Argonautis navigavit; per quod significat veneficia ibi ignota esse.

... *Поэтъ* разумѣетъ Медею, которая, послѣдовавъ за Иасономъ, отплыла съ Аргонавтами; этимъ обозначаетъ, что тамъ неизвѣстны отравленія.

## [HELENIVS ACRO].

## [ГЕЛЕНІЙ АКРОНЪ].

[Подъ именемъ Геленія Акрона извѣстны схоліи къ Горацию, которыя варьируются въ разныхъ рукописяхъ. Въ основѣ ихъ, быть можетъ, лежитъ *одно* собраніе схолій, составленное какимъ-либо грамматикомъ. Ср. Schanz, Gesch. d. Röm. Litter. III, p. 149.—Текстъ: Acronis et Porphyronis commentarii in Q. Horatium Flaccum. Ed. Ferd. Hauthal. 2 vv. Berol. 1864—66].

Carm. I, 7, 10... Post matricidium Orestes cum fugeret, adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit sic eum posse sanari, si Dianae Scythiae de Taurica simulacrum auferret profectus. Ibi erat soror eius sacerdos, quae advenas immolabat; agnovit fratrem, repercit illi, interrogavit, cur venisset, ille indicavit. Abstulerunt simulacrum, simul soror est secuta...

... Орестъ, бѣжавъ послѣ матереубійства, обратился къ оракулу съ *вопросомъ* о выздоровленіи; оракулъ отвѣтилъ, что онъ можетъ выздороветь въ такомъ случаѣ, если отправится и увезетъ изъ Таврики кумиръ Скиесской Діаны. Тамъ была жрицею его сестра, которая приносила въ жертву пришельцевъ; она узнала брата, пощадилъ его и спросила, зачѣмъ онъ пришелъ; онъ объяснилъ. Они увезли кумиръ, и вмѣстѣ послѣдовала сестра...

Carm. I, 22, 7. Caucasus mons Scythiae...<sup>1)</sup>.

Кавказъ — гора въ Скиѣи...

Carm. I, 35, 9. *Dacus asper*. Gens iuxta Histrum fluvium degens aspera bellis... *profugi Scythae*. ab orbe sepositi et in mundi extimo constituti.

*Суровый Дакъ*. Племя, живущее близъ рѣки Истра, суровое въ войнахъ... *Былцы Скиѣи*: удаленные отъ населенныхъ странъ и живущіе на краю свѣта.

Carm. II, 9, 20. *et rigidum Niph*. Scythiae fluvius: plerique montem Armeniae putant...

*И суровый Нифатъ*. Рѣка въ Скиѣи. Большинство полагаетъ, что *это* — гора въ Арменіи.

Carm. II, 11, 1. *et Scythes*. Scythae gens septentrionalis.

(11) Въ Азіи первыми съ востока живутъ, по слухамъ, Инды, Серы и Скены... Скены живутъ съ сѣверной стороны и занимаютъ весь Скискій берегъ до самаго Каспійскаго залива, кромѣ таеихъ мѣстъ, откуда ихъ гоняетъ холода... (12) Ближайшіе къ Скенамъ Каспійяны окружаютъ Каспійскій заливъ; за ними живутъ Амазонки, а за послѣдними, говорятъ, есть еще Иперборей. (13) Внутреннія земли заселены многими различными народами... Выше Скеновъ и Скискихъ степей живутъ Даги, а надъ Каспійскимъ заливомъ — Комары, Масагеты, Кадусы, Ирканы, Иверы; выше Амазонокъ и Иперборесей — Киммерійцы, Киссіанты, Ахэй, Георгілы, Мосхи, Корситы, Фористы, Римфаки, а гдѣ страна приближается къ нашимъ морямъ, — Матианы, Тивараны и уже болѣе извѣстныя по именамъ Мидійцы, Армяне... (14)... Вокругъ Понта живетъ въ разныхъ мѣстахъ нѣсколько народовъ, которые всѣ носятъ одно имя Понтійскихъ; у (Мэотійскаго) озера — Мэотки, у Тананда — Савроматы.

(15) Европа съ востока ограничивается Танандомъ, Мэотидою и Понтомъ... Ея побережье по формѣ береговой линіи отъ Тананда до Геллеспонта, гдѣ берегъ названной рѣки, гдѣ изгибъ озера переходитъ въ Понтъ и гдѣ прилежитъ бокомъ къ Пропонтидѣ и Геллеспонту, не только противоположить находящимся съ другой стороны берегамъ Азіи, но и подобно имъ...

(18) По народностямъ первую [съ востока въ Европѣ] лежатъ Скены, не та, которую мы упомянули у Тананда; она начинается почти посрединѣ берега Понта, оттуда до части Эгейскаго моря простирается Фракія, а съ нею граничитъ Македонія.... (19)... Владѣнія Германцевъ простираются до Сарматовъ, а послѣдніе — до Азіи.

1) Cissianti, Achaei *Vossius*: cissi anthiacaе A (cod. Vaticanus 4929).

2) Matiani, Tibarani *Reinoldius*: mati antibarani A.



(105). Chalybes proximi clarissimas habent [urbes] Amison et Sinopen, cynici Diogenis patriam, amnium Halyn et Thermodonta. secundum Halyn urbs est Lycasto, at<sup>1)</sup> Thermodonta campus. in eo fuit Themiscurum oppidum, fuere et Amazonum castra, ideo Amazonium vocant.

(106). Tabereni Chalybas adtingunt, quibus in lusu risuque summum bonum est. ultra<sup>2)</sup> Mossyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt et palam, reges suffragio deligunt, vinculisque et artissima custodia tenent, atque ubi culpam prave quid imperando meruere, inedia diei totius adficiunt, ceterum asperi inculti pernoxii adpulsis. (107) dein minus feri, verum et hi inconditis moribus, Macrocephali, Bechiri<sup>3)</sup>, Buxeri<sup>4)</sup>. rarae urbes: Cerasunta et Trapezos maxime inlustres. (108) inde is locus est ubi finem ductus a Bosphoro tractus accipit, atque inde se in sinu adversi litoris flexus adtollens angustissimum Ponti facit angulum. hic sunt Colchi, huc Phasis erumpit, hic eodem nomine quo amnis est a Themistagora Milesio deductum oppidum, hic Phruxi templum et lucus, fabula vetere pellis aureae nobilis.

(109) hinc orti montes longo se iugo et donec Riphaeis coniungantur exporrigunt; qui altera parte in Euxinum et Maetida et Tanain, altera in Caspium pelagus adversi, Cerauni dicuntur, idem aliubi Taurici Moschi Amazonici Caspii Coraxici Caucasia, ut aliis aliisque dicti nominibus. (110) at in primo flexu iam curvi litoris oppidum est quod Graeci mercatores constituisse, et quia cum caeca tempestate agerentur, ignaris qua terra esset cyni vox notam dederat, Cysnum adpellasse dicuntur. reliqua eius ferae incultaeque gentes

(105). Ближайшіе (къ Пафлагонцамъ) Халывы имѣютъ важнѣйшіе (города) Амисъ и Синопу, родину киника Діогена, а изъ рѣкъ — Аліи и Термодонту. По Алію лежитъ городъ Ликасто, а по Термодонту — равнина; на ней былъ городъ Темискуръ, былъ и лагерь Амазонокъ, почему *эту рѣку* называютъ Амазонскою.

(106). Рядомъ съ Халывами живутъ Таверены, полагающіе высшее счастье въ игрѣ и смѣхѣ. Далѣе Моссины живутъ въ деревянныхъ башняхъ, испещряютъ все тѣло рисунками, ѣдятъ на улицахъ, въ половныя сношенія вступаютъ безъ разбора и открыто, царей избираютъ по голосамъ, держатъ ихъ въ оковахъ подъ крѣпкой стражей и, когда они провинятся какимъ-нибудь несправедливымъ повелѣніемъ, наказываютъ на цѣлый день голодомъ; они грубы, дикіи и губительны для пристающихъ къ *ихъ берегамъ моряковъ*. (107) Затѣмъ слѣдуютъ народы менѣе дикіе, но также отличающіеся грубыми нравами, — Длинноголовые, Бехиры и Буксеры; города *здѣсь* рѣдки; самые славные *между ними* — Керасунтъ и Трапезунтъ. (108) Далѣе — то мѣсто, гдѣ оканчивается идущая отъ Восточнаго береговая лпія и поднимающійся оттуда изгибъ противоположнаго берега образуетъ самый узкій уголъ Понта. Здѣсь живутъ Колхи, сюда изливается р. Фасидъ, здѣсь находится сомнительный рѣкъ городъ, колонизованный Темистагоромъ Милетскимъ, здѣсь храмъ и роца Фрикса, прославленная древнимъ сказаніемъ о золотомъ рунѣ.

(109) Поднимающіяся отсюда горы тянутся длиннымъ хребтомъ до соединенія съ Рифейскими; онѣ одной стороной обращены къ Евксину, Мэотидѣ и Танайду, другой — къ Каспійскому морю, и называются Керавнскими, а въ другихъ мѣстахъ — Таврскими, Мосхійскими, Амазонскими, Каспійскими, Кораксійскими и Кавказскими: какъ прилежать они къ тѣмъ и другимъ народамъ, такъ и названы тѣми и другими именами. (110) При началѣ береговаго изгиба лежитъ городъ, который, по преданію, основали греческіе купцы и называли Кикномъ (Лебедемъ), потому что

1) at sic A. 2) ultra carambim A: ultra Vinetus.

3) Bechiri Vossius: discheri A.

4) Buxeri Vadianus: buxedi A.

vasto mari adsidentes tenent, Melanchlaena<sup>1)</sup>, Toretica, sex Colicae, Coraxici, Phthirophagi, Heniochi, Achaei, Cercetici, etiam in confinio Maeotidis Sindones. (111) in Heniochorum finibus Dioscorias a Castore et Polluce Pontum cum Iasone ingressis, Sindos in Sindonum ab ipsis terrarum cultoribus condita est. (112) obliqua tunc regio et in latum modice patens inter Pontum Paludemque ad Bosphorum excurrit; quam duobus alveis in lacum et in mare profuens Coracanda paene insulam reddit. quattuor urbes ibi sunt Hermonassa<sup>2)</sup>, Cepoe, Phanagorea<sup>3)</sup>, et in ipso ore Cimmericum. (113) hac ingressos lacus accipit longe lateque diffusus, qua terras tangit incurvo circumdatus litore, qua mari propior est, nisi ubi aperitur, quasi margine obductus, citra magnitudinem prope Ponto similis. (114) oram quae a Bosphoro ad Tanain usque deflectitur Maeotici incolunt, Thatae<sup>4)</sup>, Sirachi, Phicores et ostio fluminis proximi Ixamatae<sup>5)</sup>. apud eos eadem artes feminae quas viri exercent, adeo ut ne militia quidem vacent. viri pedibus merent sagittisque depugnant, illae equestre proelium ineunt nec ferro dimicant, sed quos laqueis interceptere, trahendo conficiunt. nubunt tamen, verum ut nobiles habeantur non in aetate modus est; nisi quae hostem interemere virgines manent.

(115) ipse Tanais ex Rhiphaeo monte deflectus adeo praeseptus ruit, ut cum vicina flumina, tum Maeotis et Bosphorus tum Ponti aliqua brumali rigore durentur, solus aestus hiememque iuxta ferens idem semper et sui similis incitatusque decurrat. (116) ripas

голосъ лебеди подавъ имъ знакъ, когда они были увлекаемы темною непогодой и не знали, гдѣ земля. Остальную часть пѣгуба занимають дикія и необразованныя племена, живущія у обширнаго моря, именно Меланхлена, Торетика, шесть Бодикъ, Кораксика, Вшефды, Иніохи, Ахен, Керкетика, и уже у предѣловъ Мэотиды—Синдонн. (111) Въ землѣ Иніоховъ основана Діоскориада Касторомъ и Поллуксомъ, прибывшими въ Понть съ Іасономъ, а въ землѣ Синдоновъ самими жителями основанъ г. Синдъ. (112) Затѣмъ выступаетъ къ Босфору между Понтомъ и Болотомъ косая и неширокая полоса земли, которой *рѣка* Кораканда, называющаяся двумя руслами въ озеро и въ море, придаетъ почти видъ острова. Тамъ лежатъ четыре города: Гермонасса, Книи, Фанагорей и у самаго устья Киммерій. (113) Этими устьемъ выступаютъ въ широко и далеко разлившееся озеро; оно со стороны суши окружено извилистымъ берегомъ, а гдѣ ближе къ морю—какъ бы обведено окраинной кромъ того мѣста, гдѣ открыто, и по величинѣ почти равно Понту. (114) Побережье, идущее нагибомъ отъ Босфора до Танаида, заселяютъ Мэотики, Фатен, Сирахи, Фикоры и, ближе всего къ устью рѣки, Иссаматы. У нихъ женщины занимаются тѣми же дѣлами, что и мужчины, и даже не освобождаются отъ военной службы. Мужчины служатъ въ пѣхотѣ и въ сраженіи мечутъ стрѣлы, а женщины вступаютъ въ конныя стѣчки и сражаются не желѣзнымъ оружіемъ, а накидываютъ на враговъ арканы и умерщвляютъ ихъ затягиваніемъ. Онѣ выходятъ замужъ, но для того, чтобы считаться годными для замужества, дѣло не въ возрастѣ: тѣ, которымъ не удалось убить врага, остаются въ дѣвицахъ.

(115) Самый Танаидъ, текущій съ Рифейской горы, несется такъ стремительно, что въ то время, какъ сосѣднія рѣки, Мэотида и Босфоръ и даже нѣкоторыя части Понта замерзають отъ зимней стужи, онъ одинъ, одинаково переноситъ зной и холодъ,

1) menanctea terrestrea sexsolicae coraxi cleptrophagi A; emend. C. Mueller in *Fv. H. Gr.* V p. 180. 2) hermonos saccephoe A; emend. *Barbarus.* 3) Spanagorea A; em. *Frick.* 4) thaetaeserachi A; Thatae Sirachi *Frick.* Cf. quae adnotavimus *IosPE.* II, p. XIV. 5) xamatae A; em. *Holstenius.*

eius Sauromatae et ripis haerentia possident, una gens, aliquot populi et aliquot nomina. primi Macotidae Gynaecocratumenoe regna Amazonum, fecundos pabulo at alia steriles nudosque campos tenent. Budini Gelonion urbem ligneam habitant. iuxta Thyssaetae Turcaeque vastas silvas occupant alunturque venando. (117) tum continuis rupibus late aspera et deserta regio ad Arempheacos usque permittitur. his iustissimi mores, nemora pro domibus, alimenta baccae, et feminis et maribus nuda sunt capita. sacri itaque habentur, adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo sit. ultra surgit mons Riphaeus ultraque eum iacet ora quae spectat oceanum.

всегда остается одинаковымъ и несетъ въ быстромъ теченіи. (116) Его берегами и прибрежными *мѣстностями* владѣютъ Савроматы, одно племя, но раздѣленное на нѣсколько народовъ съ разными названіями: первые женовладѣицы Мэотиды занимаютъ владѣнія Амазонокъ, степи богатыя пастбищами, но въ остальномъ скудныя и голыя. Будины населяютъ деревянный городъ Гелоній. Въ близкомъ сосѣдствѣ съ ними Фиссагеты и Турки живутъ въ обширныхъ лѣсахъ и добываютъ средства къ жизни охотою. (117) Затѣмъ суровая и пустынная страна, на широкомъ пространствѣ покрытая непрерывной цѣпью скалъ, простирается до самыхъ Аремфеевъ. Они отличаются весьма справедливыми правами, живутъ въ лѣсахъ, питаются ягодами; головы у женщинъ и у мужчинъ голыя. Поэтому они считаются священными, и не только ихъ самихъ не обижаетъ никто изъ столь дикихъ племенъ, но даже другіе, прибѣгнушіе подъ ихъ защиту, становятся неприкосновенными. За ними возвышается Рифейская гора, а по ту сторону ея лежитъ побережье, обращенное къ океану.

## LIBER II.

1. Asiae in Nostrum mare Tanainque vergentis quem dixi finis ac situs est, ac per eundem amnem in Maeotida remeantibus ad dexteram Europa est, modo sinistro latere innavigantium adposita. inde <sup>1)</sup> Riphaeis montibus proxuma, et huc enim pertinent, cadentes adsidue nives adeo invia efficiunt, ut ultra ne visum quidem intendentium admittant. deinde est regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen, quia grypi saevum et pertinax ferarum genus aurum terra penitus egestum mire amant mireque custodiunt, et sunt infesti attingentibus. (2) hominum primi sunt Scythae, Scytharumque quis singuli oculi esse dicuntur Arimaspor <sup>2)</sup>, ab eis Essedones usque ad Maeotida. huius flexum Buces amnis secat. Agathyrsi et Sauromatae ambiunt; quia pro sedibus plaustra habent dicti Amachobioe. obliqua tunc ad Bosphorum plaga

## КНИГА II.

1. Предѣлы и положеніе той части Азии, которая обращена къ нашему морю и Танаиду, описаны выше; Европа лежитъ по правую руку для спускающихся по той же рѣкѣ въ Мэотиду, а для вѣзжающихъ въ нее—съ лѣвой стороны. Ближайшія къ Рифейскимъ горамъ—они вѣдь простираются и сюда—*мѣстности* постоянно падающіе снѣга дѣлаютъ до такой степени непроходимыми, что далѣе нельзя даже видѣть, какъ ни напрягать зрѣніе. Затѣмъ лежитъ страна съ весьма богатой почвой, но необитаемая, потому что грифы, свирѣпыя и упрямныя животныя, очень любятъ и очень ревностно стерегутъ извлеченное изъ глубины земли золото и нападаютъ на того, кто до него дотронется. (2) Первыми изъ людей живутъ здѣсь Скифы, а изъ Скифовъ Аримаспы, у которыхъ, говорятъ, только по одному глазу; за ними живутъ

1) in acriphaeis A: em. Frick.

2) arimapsae A: em. I. Gronovius.

excurrans Ponto ac Maeotide includitur. (3) in Paludem vergentia Satarchae<sup>1)</sup> tenent, in Bosphorum Cimmerica oppida Murmecion, Panticapaeon, Theodosia, Hermisium, in Euxinum mare Taurici. super eos sinus portuosus et ideo Calos limen appellatus promunturiis duobus includitur. alterum Criumetopon vocant, Carambico quod in Asia diximus par et adversum, Parthenion alterum. oppidum adiacet Chersonesus<sup>2)</sup>, a Diana, si creditur, conditum, et nymphaeo specu quod in arce eius nymphis sacratum est maxime inlustre.

(4) Subit tum ripam mare, et donec quinque milium passuum spatio absit a Maeotide, refugientia usque subsequens litora, quam Satarchae et Taurici tenent paene insulam reddit. quod inter Paludem et sinum est Taphrae<sup>3)</sup> nominantur, sinus Carcinites. in eo urbs est Carcine, quam duo flumina Gerrhos et Ypacares uno ostio effluentia attingunt, verum diversis fontibus et aliunde delapsi. nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas, Ypacares per Nomadas<sup>4)</sup> evolvitur. (5) silvae deinde sunt quas maximas hae terrae ferunt, et Panticapes qui Nomadas Georgosque disterminat. terra tum longe distenta<sup>5)</sup> tenni radice litori adnectitur, post spatiosa modice paulatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem longa colligens latera facie positi ensis adfecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, et cum ab armis quies erat se ac suos cursu exercitavisse memoratur. ideo dicta est Dromos Achilleos. (6) tum Borysthene gentem sui nominis adluit, inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis aliis liquidissimus defluit, placidior quam ceteri potarique pulcherrimus. alit

Есседоны до самой Мэотиды. Изгибъ ея разсѣкаетъ рѣка Бузесъ; живутъ здѣсь Агаироны и Савроматы, называемые Амаксовіями, потому что вмѣсто домовъ имъ служатъ повозки. Затѣмъ косая полоса земли, спускающаяся къ Босфору, ограничивается Понтомъ и Мэотидою. (3) Сторону ея, обращенную къ Болоту, занимаютъ Сатархи, со стороны Босфора лежатъ Киммерійскіе города Мирмикій, Пантикапэй, Θεοδοσία, Ермисій, со стороны Евксинскаго моря *живутъ* Таврики. Выше ихъ заливъ съ удобными гавани, называемый поэтому Прекраснымъ портомъ, ограничивается двумя мысами: одинъ изъ нихъ, прямо противоположный упомянутому нами Карамвійскому въ Азіи, зовутъ Баранымъ лбомъ, другой — Пареніемъ. Вблизи лежитъ городъ Херронпсъ, основанный, по преданію, Діаною и славящійся особенно нимфейскою пещерою, которая посвящена нимфамъ въ его кремль.

(4) Затѣмъ море подходитъ къ берегу и до разстоянія 5000 шаговъ отъ Мэотиды, постоянно слѣдя за удаляющимися берегами, придаетъ почти видъ острова *мѣстности*, занятой Сатархами и Тавриками. *Мѣстность* между Болотомъ и заливомъ называется Тафры, а заливъ — Карчинитскимъ. При немъ лежитъ городъ Каркина, омываемый двумя рѣками — Герромъ и Ипакаронъ, которыя изливаются однимъ устьемъ, но вытекаютъ изъ разныхъ источниковъ и въ разныхъ мѣстахъ: Герръ течетъ между Василідами и Номадами, а Ипакадъ — по *земли* Номадовъ. (5) Затѣмъ идутъ самыя огромныя въ этихъ мѣстностяхъ гѣсы и *рѣка* Пантикапэй, отдѣляющая Номадовъ отъ Пахарей. Затѣмъ выступающая длинная полоса земли соединяется съ берегомъ узкимъ перешейкомъ, потомъ на большомъ пространствѣ понемногу умѣренно суживается и, собирая свои длинные бока какъ бы въ видѣ острія, прилежить въ видѣ лежащаго меча. Существуетъ преданіе, что Ахиллъ, вступившій въ Понтійское море съ враждебнымъ флотомъ, праздновалъ тамъ свою побѣду торжественными играми

1) sarthage A Satarchae x (reliqui codd. aut omnes aut plerique).  
Chersonesus Barbarus.

3) thaterae A: Taphrae Barbarus.

2) cerrhone A:  
4) Verba Ypacares per  
Nomadas except Vossius.

5) Post distenta add. A excedens cum Pintiano delevit Frick.

laetissima pabula magnosque pisces quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt. longe venit, ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit, tantoque spatio navigabilis secundum Borysthenidam et Olbiam, Graeca oppida, egreditur. (7) Callippidas Hypanis includit. ex grandi palude oritur quam matrem eius accolae appellant, et diu qualis natus est defluit. tandem non longe a mari ex parvo fonte cui Exam-paeo<sup>1)</sup> cognomen est adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis et non dulcis hinc defluat. Asiaces proximus inter Callippidas Asiacasque descendit. hos ab Hystricis Tyra separat; surgit in Neuris, qua exit sui nominis oppidum adtingit. (8) at ille qui Scythiae populos a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus alio quam desinit nomine exoritur. nam per immania magnarum gentium diu Danuvius est, deinde aliter eum adpellantibus accolis fit Hister, acceptisque aliquot amnibus ingens iam et eorum qui in Nostrum mare decidunt tantum Nilo minor totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus effluit.

(9) Ingenia cultusque gentium differunt. Essedones funera parentum laeti et victimis ac festo coitu familiarium celebrant. corpora ipsa laniata et caesis pe-

и, успокоившись отъ войны, упражнялъ въ бѣгѣ себя и своихъ. Поэтому эта коса названа Ахилловымъ Бѣгомъ. (6) Затѣмъ омываетъ *владѣнія* одноименнаго племени *рыка* Борксеевъ, красивѣйшая изъ рѣкъ Скиевъ; теченіе ея отличается чрезвычайною чистотою, тогда какъ прочія *рыки* мутны, она спокойнѣе другихъ и вода ея чрезвычайно пріятна на вкусъ. По берегамъ ея лежатъ роскошнѣйшіе луга, а въ ней водятся большія рыбы, отличающіяся превосходнымъ вкусомъ и отсутствіемъ костей. Она течетъ издалека и, взявшись изъ неизвѣстныхъ источниковъ, пролагаетъ русло на 40 дней пути; будучи судоходною на такомъ разстояніи, она вливается въ море у греческихъ городовъ Борксеевны и Ольвіи. (7) *Владѣнія* Каллиппидовъ омываетъ Ипанидъ. Онъ беретъ начало изъ большаго озера, которое туземцы называютъ его матерью, и долго течетъ такимъ же, какимъ получилъ начало; только недалеко отъ моря онъ принимаетъ изъ небольшого источника, называемаго Эксампеемъ, столь горькую воду, что и самъ течетъ отсюда непохожимъ на себя и не прѣснымъ. Ближе всѣхъ къ *нему* течетъ Асіакъ между Каллиппидами и Асіаками. Послѣднихъ отдѣляетъ отъ Истрийцевъ рѣка Тира; она беретъ начало въ *земль* Невровъ, а при устьѣ касается одноименнаго съ нею города. (8) Та *рыка*, которая отдѣляетъ Скиевскіе народы отъ слѣдующихъ, беретъ начало въ Германіи и въ верхнемъ теченіи носитъ иное названіе, нежели въ нижнемъ: на огромномъ протяженіи среди многочисленныхъ племенъ она долго называется Данувіемъ, затѣмъ становится Истромъ — какъ называютъ его иначе прибрежные жители — и, принявъ въ себя нѣсколько притоковъ, дѣлается огромною рѣкою, такъ что изъ рѣкъ, впадающихъ въ наше море, уступаетъ только Нилу, и вливается въ море столькими же устьями, сколькими Нилъ, но изъ нихъ три мелки, а остальные судоходны.

(9) Нравы и культура *Скиевскихъ* племенъ различны. Есседоны празднуютъ погребеніе родителей веселыми жертвоприношеніями и торжественными собраніями

1) exampheo A: em. I. Gronovius.

corum visceribus immixta epulando consumunt. capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. haec sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. (10) Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quique maioribus praestant, ita magis aut minus: ceterum isdem omnes notis et sic ut ablui nequeant. Satarchae<sup>1)</sup> auri argenticque maximarum pestium ignari vice rerum commercia exercent, atque ob saeva hiemis admodum adsiduae, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum bracati corpus et nisi qua vident etiam ora vestiti. (11) Tauri Iphigeniae et Orestis adventu maxime memorati immanes sunt moribus, immanemque famam habent solere pro victimis advenas caedere. Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt, mores regii, arma tantum sagittae. vagi Nomades pecorum pabula secuntur, atque ut illa durant ita diu statim sedem agunt. colunt Georgi exercentque agros. Asiacaе furari quid sit ignorant ideoque nec sua custodiunt, nec aliena contingunt.

(12) Interius habitantium ritus asperior, et incultior regio est, bella caedesque amant, mosque est bellantibus cruorem eius quem primum interemerunt ipsis ex vulneribus ebibere. ut quisque plures interemerit ita apud eos habetur eximius; ceterum expertem esse caedis inter opprobria vel maximum. ne foedera quidem incruenta sunt; sauciant se qui paciscuntur exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant. id putant mansurae fidei pignus certissimum. (13) inter epulas quot quisque interfecerit laetissima et frequentissima mentio, binisque poculis qui plurimos retulere perpotant. is inter iocantis honos praecipuus est.

всей родни; самые трупы умерших разтерзываютъ, приѣшываютъ къ внутренностямъ убитыхъ животныхъ и употребляютъ въ пищу на пиршествахъ; черепа тщательно выщипываютъ, связываютъ золотыми обручами и носятъ вмѣсто сосудовъ. Это считается у нихъ послѣднимъ долгомъ снѣговнеи любви. (10) Агаѳирсы разрываютъ лица и члены тѣла богѣ или мѣнѣ, смотря по степени благородства, впрочемъ всѣ одними и тѣми же рисунками и притомъ такъ, что смыть ихъ невозможно. Сатархи, незнакомые съ золотомъ и серебромъ, величайшими лэвами *человѣчества*, производятъ мѣновую торговлю и вслѣдствіе суровости своей постоянной зимы, закапывая въ землю свои жилища, живутъ въ пещерахъ или землянкахъ и закутываютъ въ одежду все тѣло и даже закрываютъ лица, оставляя только отверстія для глазъ. (11) Тавры, прославленные главнымъ образомъ прибытіемъ къ нимъ Ифигеніи и Ореста, отличаются жестокими нравами; про нихъ идетъ жестокая молва, будто они убиваютъ пришельцевъ для принесенія въ жертву. Васкиды ведутъ свое происхождение отъ Геркулеса и Ехидны; нравы у нихъ царственные, оружіемъ *служатъ* только стрѣлы. Кочевые Номады слѣдуютъ за пастбищами для скота и остаются на одномъ мѣстѣ только покуда скотъ не съѣстъ всей травы. Пахари занимаются хлѣбопашествомъ и обработкою полей. Асіаки не знаютъ, что значить воровать, и потому не стерегутъ своего имущества и не трогаютъ чужаго.

(12) Внутри страны жители ведутъ богѣ суровый образъ жизни и земля мѣнѣ обработана. Они любятъ войны и рѣзню; у воюющихъ въ обычаѣ самимъ выпивать изъ раны кровь перваго убитаго врага; чѣмъ больше кто убьетъ, тѣмъ считается у нихъ доблестнѣе; не быть убитою — величайшій позоръ. Даже при заключеніи договоровъ проливается кровь: договаривающіеся наносятъ себѣ раны, смѣшиваютъ выступившую изъ нихъ кровь и пьютъ ее; это считается у нихъ самымъ крѣпкимъ залогомъ сохраненія вѣрности. (13) Во время пиршества перечисленіе, кто сколько перебилъ вра-

1) Sarthae A: em. Pintianus.

popula ut Essedones parentium, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. (14) apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur. Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum. Melanchlaenis atra vestis et ex ea nomen, Neuris statum singularis tempus est, quo si velint in lupos, iterumque in eos qui fuere mutantur. (15) Mars omnium deus; ei pro simulacris enses et cinctoria dedicant hominesque pro victumis feriunt. terrae late patent et ob excedentia ripas suas plerumque flumina nusquam non ad pabula fertiles, alicubi usque eo steriles ad cetera, ut qui habitant lignorum egentes ignes ossibus alant.

говъ, является любимѣйшимъ и самымъ частымъ предметомъ бесѣды, при чемъ тѣ, которые перечислили больше всѣхъ, пьютъ изъ двухъ чашъ: это считается особенною почестью во время веселья. Чаши дѣлаютъ они изъ череповъ злѣйшихъ враговъ, какъ Эсседоны изъ череповъ родителей. (14) У Антропофаговъ самыя яства приготовляются изъ человѣческихъ внутренностей. Гелоны покрываютъ человѣческими кожами своихъ коней и самихъ себя, — первыхъ кожей съ остальнаго тѣла, а себя — головою. У Меланхленовъ черная одежда и отъ нея самое ихъ названіе; у Невровъ есть для каждаго опредѣленное время, въ которое они по желанію превращаются въ волковъ и затѣмъ снова принимаютъ прежній видъ. (15) Марсъ у всѣхъ *главнѣйшій* богъ; вмѣсто изображеній посвящаютъ ему мечи и пояса, а вмѣсто жертвенныхъ животныхъ убиваютъ людей. Земли здѣсь широко разстилаются и вездѣ изобилуютъ травою вслѣдствіе того, что рѣки по большей части выходятъ изъ береговъ, но прочую *растительность* въ нѣкоторыхъ мѣстахъ до того скудны, что обитатели ихъ за неимѣніемъ дровъ поддерживаютъ огонь костями.

## LIBER III.

33. Sarmatia intus quam ad mare latior, ab his quae secuntur Vistula amne discreta, qua retro abit usque ad Histrum flumen inmittitur. gens habitu armisque Parthicae proxima, verum ut caeli asperioris ita ingenii. (34) non se urbibus tenent et ne statis quidem sedibus. ut invitavere pabula, ut cedens ut sequens hostis exegit, ita res opesque secum trahens semper castra habitant; bellatrix, libera, indomita et usque eo inmanis atque atrox ut feminae etiam bella cum viris ineant, atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma, inde expedita in ictus manus quae exeritur, virile fit pectus. (35) arcus tendere, equitare, venari puellaria pensa sunt, ferire hostem adularum stipendium est, adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur, sitque eis poenae virginitas.

## КНИГА III.

33. Сарматія, болѣе широкая внутри, чѣмъ по морскому берегу, отдѣляется отъ слѣдующихъ земель рѣкою Вистулой и, спускаясь внизъ, доходитъ до рѣки Истра. Населеніе ея по одеждѣ и вооруженію ближе всего подходитъ къ парѳянскому, но отличается болѣе суровыми нравами, подобно самому климату. (34) *Сарматы* не живутъ въ городахъ и даже не имѣютъ постоянныхъ мѣстъ жительства; они вѣчно живутъ лагеремъ, перевоза свое имущество и богатства туда, куда привлекаютъ ихъ лучшія пастбища или принуждаютъ отступающіе или преслѣдующіе враги; племя воинственное, свободное, непокорное и до того жестокое и свирѣпое, что даже женщины участвуютъ въ войнахъ наравнѣ съ мужчинами; для большаго удобства *движеній у двочекъ* немедленно послѣ рожденія прижигается правая грудь и вслѣдствіе этого рука дѣлается свободною для нанесенія ударовъ, а грудь — мужскою. (35) Дѣвочки обязаны упражняться въ стрѣльбѣ

(36) Inde Asiae confinia nisi ubi perpetuae hiemes sedent et intolerabilis frigor. Scythici populi incolunt, fere omnes et in unum Belcae adpellati. in Asiatico litore primi Hyperborei super aquilonem Rhiphaeosque montes sub ipso siderum cardine iacent; ubi sol non cotidie ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus autumnali demum occidit; ideo sex mensibus dies et totidem aliis nox usque continua est. (37) terra angusta aprica per se fertilis. cultores iustissimi et diutius quam ulli mortalium et beatius vivunt. quippe festo semper otio laeti non bella novere non iurgia, sacris operati maxime Apollinis, quorum primitias Delon misisse initio per virgines suas, deinde per populos subinde tradentes ulterioribus, moremque eum diu et donec vitio gentium temperatus est servasse referuntur. habitant lucos silvasque, et ubi eos vivendi satietas magis quam taedium cepit, hilares redimiti sertis semet ipsi in pelagus ex certa rupe praecipites dant. id eis funus eximium est.

(38) Mare Caspium ut angusto ita longo etiam freto primum terras quasi fluvius inrumpit, atque ubi recto alveo influxit in tres sinus diffunditur: contra os ipsum in Hyrcanium, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum quem proprie totius nomine Caspium adpellant; omne atrox saevum sine portibus, procellis undique expositum ac beluis magis quam cetera refertum et ideo minus navigabile. ad introeuntium dextram Scythae Nomades freti litoribus insident. (39) intus sunt ad Caspium sinum Caspii et Amazones sed quas Sauromatidas

изъ луковъ, верховой ѣздѣ и охотѣ, а отъ взрослыхъ дѣвцъ требуется, чтобы онѣ поражали враговъ, такъ что никого не убить считается преступленіемъ, а наказаніемъ для нихъ служить дѣвство.

(36) Затѣмъ слѣдуютъ границы Азіи, кромѣ *тѣхъ мѣстъ* гдѣ царствуетъ вѣчная зима и невыносимый холодъ. *Здѣсь* живутъ Скенскіе народы, почти всѣ называемые однимъ именемъ Бельковъ. На Азіатскомъ берегу первыми живутъ Иперборей за Аквилономъ и Рифѣйскими горами у самаго сѣвернаго полюса; тамъ солнце *восходитъ и заходитъ* не ежедневно, какъ у насъ, но, взоидя впервые во время весенняго равноденствія, заходитъ только во время осенняго; такимъ образомъ шесть мѣсяцевъ продолжается день и столько же другихъ—непрерывная ночь. (37) Земля *у нихъ* узкая, пригрѣваемая солнцемъ и сама собою производитъ плоды. Обрабатывающіе ее жители отличаются величайшею справедливостію и живутъ дольше и счастливѣе всѣхъ остальныхъ смертныхъ: вѣчно наслаждаясь праздничнымъ досугомъ, они не знаютъ ни войны, ни ссоръ, занимаются преимущественно служеніемъ Аполлону; *начатки святыми* они, какъ говорятъ, послали на Делось сначала чрезъ своихъ дѣвъ, потомъ чрезъ народы, передававшіе *эти начатки* отъ одного къ другому, богуе отдаленному, и сохраняли этотъ обычай въ теченіе долгаго времени, пока наконецъ онъ не былъ оскверненъ по вниѣ народовъ. Они живутъ въ рощахъ и гѣсахъ и, когда жизнь скорѣе прескитить ихъ, чѣмъ наскучить, они весело, обвитые гирляндами, сами бросаются въ море съ извѣстной скалы. Это считается у нихъ лучшимъ погребеніемъ.

(38) Каспійское море сначала врывается внутрь земель узкимъ и длиннымъ залливомъ, какъ бы въ видѣ рѣки, а затѣмъ, влившись прямымъ русломъ, раздѣляется на три залива: противъ самаго устья — Иркапскій, влѣво — Скенскій, направо — тотъ, къ которому въ тѣсномъ смыслѣ прилагается названіе всего моря, — Каспійскій; все оно свирѣло и бурно, лишено гаваней, со всѣхъ сторонъ открыто бурямъ, богуе другихъ кишитъ морскими чудовищами и поэтому менѣе посѣщается мореплавателями. На-



adpellant, ad Hyrcanium Albani et Moschi<sup>1)</sup> et Hyrcani, in Scythico Amardi et Pestici et iam ad fretum Derbices. multi in eo sinu magni parvique amnes fluunt, sed qui famam habeat.<sup>2)</sup> \*\*\* ex Ceraunis montibus uno alveo descendit, duobus exit in Caspium. (40) Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniae secat, labitur placidus et silens, neque in utram partem eat, quamquam intuearis, manifestus; cum in asperiora devenit hinc atque illinc rupibus pressus et quando angustior tanto magis pernix frangit se subinde ad opposita cautium, atque ob id ingenti cum murmure sonansque devolvitur, adeo citus ut qua ex praecipiti in subiecta casurus est non declinet statim undam, sed ultra quam canalem habet evehat plus iugeris spatium sublimis et aquis pendentibus semet ipse sine alveo ferens; deinde ubi incurvus arcuatoque amne descendit fit tranquillus iterumque per campos tacitus et vix fluens in id litus elabatur. (41) Cyrus et Cambyses ex radicibus Coraxici<sup>3)</sup> montis vicinis fontibus editi in diversa abeunt perque Hiberas et Hyrcanos diu et multum distantibus alveis defluunt, post non longe a mari eodem lacu accepti in Hyrcanium sinum uno ore perveniunt.

(42). Iaxartes et Oxos per deserta Scythiae ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt, ille suo fonte grandis, hic incursum aliorum grandior, et aliquamdiu ad occasum ab oriente occurrens iuxta Dahas primum inflectitur, cursuque ad septentrionem converso inter Amardos et Paesicas os aperit...

право отъ устья по берегамъ пролива живутъ Скиен-кочевники. (39) Далѣе у Каспійскаго залива живутъ Каспійи и Амазонки, называемыя Савроматидами, у Иреанскаго—Албанцы, Мосхи, Иреаны, по Скиенскому—Амарды, Пестяки и уже у пролива Дербиев. Въ этотъ заливъ изливается много большихъ и малыхъ, но хорошо извѣстный... рѣкъ Керавскихъ горъ спускается однимъ русломъ, а въ Каспійскій заливъ впадаетъ двумя устьями. (40) Араксъ, текущій по склонамъ Тавра, пока разсѣкаетъ долины Арменіи, течетъ спокойно и безшумно, такъ что, даже присматриваясь, нельзя замѣтить, въ которую сторону онъ течетъ; но, достигши болѣе гористыхъ мѣстностей и будучи съ обѣихъ сторонъ стѣсненъ скалами, чѣмъ уже русло, тѣмъ онъ мчитса быстрѣе, разбивается о противостоящія скалы и вслѣдствіе этого несется внизъ съ страшнымъ шумомъ и грохотомъ, до того быстро, что въ тѣхъ мѣстахъ, гдѣ волнамъ приходится падать съ крутизны внизъ, онѣ не спускаются немедленно, а выносятся впередъ далѣе, чѣмъ простирается русло, и такимъ образомъ болѣе чѣмъ на пространствѣ югера несутся, какъ бы вися въ воздухѣ, безъ всякаго русла; затѣмъ рѣка, уклонившись излучиною въ сторону, успокоивается и, снова безшумно и медленно протекая по равнинѣ, доходить до того берега (т. е. залива). (41) Рѣки Киръ и Камбисъ, взявъ начало изъ близкихъ другъ къ другу истоковъ у подошвы Кораксійскихъ горъ, расходятся въ разныя стороны и долго текутъ далеко другъ отъ друга отстоящими руслами по землямъ Иверовъ и Иреановъ, затѣмъ, уже недалеко отъ моря впадши въ одно и то же озеро, однимъ русломъ доходятъ до Иреанскаго залива.

(42). Иксартъ и Оксъ по пустынямъ Скиен изъ странъ Сугдіанскихъ впадаютъ въ Скиенскій заливъ; первый великъ съ своего истока, второй—еще больше благодаря впадению другихъ рѣкъ; протекиши нѣкоторое разстояніе съ востока на западъ, онъ впервые поворачиваетъ вблизи Даговъ и, направивъ теченіе на сѣверъ, открываетъ устье между Амардами и Песиками...

1) mochi A: Moschi Barbarus. 2) «Post habeat nonnulla de Caso aut de Albano dicta intercidiisse videntur, cf. Plin. N. H. VI, 13, 39». Frick. 3) corxici A Coraxici x.

(44). ultra Caspium sinum quidam esset ambiguum aliquamdiu fuit, idemne oceanus an tellus infesta frigoribus sine ambitu ac sine fine proiecta...

(44). Нѣкоторое время не было извѣстно, что находится за Каспійскимъ заливомъ,— тотъ же ли океанъ, или недоступная вслѣдствіе холодовъ земля, простирающаяся безъ обхода и безъ конца...

55. quae Sarmatis adversa sunt ob alternos accessus recursusque pelagi, et quod spatia quis distant modo operiuntur undis modo nuda sunt, alias insulae videntur alias una et continens terra. (56) in his esse Oeonas <sup>1)</sup>, qui ovis avium palustrium et arenis tantum alantur, esse equinis pedibus Hippopodas et Panuatios <sup>2)</sup> quibus magnae aures et ad ambiendum corpus omne patulae nudis alioquin pro veste <sup>3)</sup> sint, praeterquam quod fabulis traditur, *apud* <sup>4)</sup> auctores etiam quos sequi non pigeat invenio.

55. *Берега*, лежащіе противъ Сарматіи, вслѣдствіе попеременныхъ приливовъ и отливовъ моря иногда представляются островами, а иногда — одной непрерывной землей, такъ какъ раздѣляющія ихъ пространства то покрываются волнами, то *остаются* обнаженными. (56) Не только передается въ басняхъ, но я нахожу и у писателей, заслуживающихъ довѣрія, что на этихъ *берегахъ* живутъ Эоны, которые питаются только ядами болотныхъ птицъ и змеями, а также Иппоподы съ лошадиными ногами и Пануатіи, у которыхъ длинная височія уши, прикрывающія собою все тѣло, служатъ одѣяніемъ для наготы...

[§ 57 continet Thules descriptionem].

58. Talge in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans, sed vicini populi quae gignuntur attingere nefas et pro sacrilegio habent, diis parata existimantes diisque servanda. aliquot et illis oris quas desertas diximus aequae desertae adjacent, quas sine propriis nominibus Scythicas vocant.

58. [Островъ] Талга въ Каспійскомъ морѣ плодороденъ безъ обработки и изобилуетъ всякими земными и древесными плодами; но сосѣдніе народы считаютъ непозволительнымъ и святотатственнымъ трогать то, что *на немъ* родится: по ихъ повѣрью все это приготовлено богамъ и должно храниться для боговъ. Около тѣхъ береговъ, которые мы назвали пустынными, лежитъ нѣсколько также пустынныхъ *острововъ*, не имѣющихъ собственныхъ именъ и вообще называемыхъ Скитскими.

## Q. CVRTIVS RVFVS.

## КВ. КУРЦІЙ РУФЪ.

[О времени жизни Кв. Курція Руфа, автора извѣстнаго сочиненія «De gestis Alexandri Magni», высказывались весьма различныя предположенія. Вѣроятно же всего, онъ жилъ около середины I в. по Р. Хр.; по нѣкоторымъ даннымъ полагаютъ, что сочиненіе написано между 37 и 65 гг. по Р. Хр. и скорѣе всего около 41 г. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. II, 2<sup>2</sup>, p. 204 sq. Изъ 10 книгъ сочиненія двѣ первыя до насъ не дошли, кромѣ того есть большой пробѣлъ между 5-й и 6-й книгами и нѣсколько пробѣловъ въ 10-й.—Текстъ: Q. Curtii Rufi historiagram Alexandri Magni Macedonis libri qui supersunt ed. P. H. Damsté. Groning. 1897].

### HISTORIAE ALEXANDRI MAGNI.

### ИСТОРИЯ АЛЕКСАНДРА ВЕЛИКАГО.

Lib. IV, c. 5, § 4. (Excerpta e litteris, quas Dareus Alexandro misit a. 332): ... Trans-

...Александрю предстоитъ-де переправиться черезъ Евфратъ, Тигръ, Араксъ и

1) Oeonas A Oeonas Bursian.

2) Sannalos A Panuatios Bursian.

3) vecti A veste

Vadianus.

4) apud ante auctores add. C. Wachsmuth.

eundum esse Alexandro Euphraten Tigrinque et Araxen et Choaspen, magna munimenta regni sui: veniendum in campos, ubi paucitate suorum erubescendum sit. (5) Mediam, Hyrcaniam, Bactra et Indos, Oceani accolas, quando aditurum — ne Sogdianos et Arachosios nominem ceterasque gentes ad Caucasum et Tanaim pertinentes?...

L. IV, c. 12, § 9 ...Post quas L. quadrigas Phradates magno Caspiorum agmine antecedebat... (10) ...Armenii, quos minores appellant... sequebantur... (11) ...Parthyaeorum deinde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi Scythia profecti tenent, claudabant agmen. (12) Haec sinistri cornus acies fuit. Dextrum tenebant natio maioris Armeniae Cadusique et Cappadoces et Syri ac Medi...

L. VI, c. 2, § 12. ...In Parthienem perventum est, tunc ignobilem gentem, nunc caput omnium, qui post Euphraten et Tigrim amnes siti rubro mari terminantur. (13) Scythae regionem campestram ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolae. Sedes habent et in Europa et in Asia: qui super Bosporum colunt, adscribuntur Asiae: at qui in Europa sunt, a laevo Thraciae latere ad Borysthenem atque inde ad Tanaim recta plaga attinent. (14) Tanais Europam et Asiam medius interfuit. Nec dubitatur, quin Scythae, qui Parthos condidere, non a Bosporo, sed ex Europae regione penetraverint...

Lib. VI, c. 4, §§ 15—22 ...Et gens bellicosa et naturae situs difficilis aditu caram regis intenderat. (16) Namque perpetua valles iacet usque ad mare Caspium patens, quo duo terrae eius velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt lunae maxime similem, quum eminent cornu pondum totum orbem sidere implente. (17) Cercetae et Mosyni et Chalybes a laeva sunt, et ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi: et illos, qua vergit ad

Хоаспъ, важныя оплоты его (т. е. Даріева) царства; придется выступить въ равнины, гдѣ онъ побрасываетъ при видѣ малочисленности своего войска. Когда онъ доидетъ до Мидіи, Ирканіи, Бактріи и живущихъ при Океанѣ Индійцевъ? Я уже не упоминаю о Согдіанахъ, Арахосіяхъ и другихъ народахъ, живущихъ у Кавказа и Тапаида...

(Перечисленіе народовъ, участвовавшихъ въ войскѣ Дарія въ битвѣ при Арбедахъ): ...За этими народами Фрадать съ 50-ю четырехконными колесницами стоялъ предъ значительнымъ отрядомъ Каспійцевъ... Затѣмъ слѣдовали жители такъ называемой Малой Арменіи... далѣе племя Парѣіевъ, населявшее земли, которыми теперь владѣютъ вышедшіе изъ Скиѣи Пары, заключало собою строй. Таковъ былъ боевой строй лѣваго крыла. На правомъ стояли жители великой Арменіи, Кадусіи, Каппадокійцы, Сирійцы и Мидяне...

...[Александръ съ войскомъ] пришелъ въ Парѣіену, къ народу тогда неизвѣстному, а нынѣ главенствующему надъ всѣми живущими за Евфратомъ и Тигромъ до Краснаго моря. Скиѣи, до нынѣ тягостные сосѣди, заняли ровную и плодородную землю; живутъ они и въ Европѣ, и въ Азій: къ Азій причисляются тѣ, которые живутъ выше Воспора, а европейскіе простираются отъ лѣвой стороны Фракіи до Бористена и оттуда по прямому направленію до Тапаида. Послѣдній течетъ между Европой и Азіей. Несомнѣнно, что Скиѣи, бывшіе родоначальниками Парѣянъ, проникли не отъ Воспора, а изъ европейскіхъ странъ.

[При движеніи Александра съ войскомъ по Ирканіи] и вопиственное населеніе, и тяжелыя естественныя условія страны доставили царю не мало заботъ. Здѣсь лежитъ непрерывная равнина, простирающаяся до самаго Каспійскаго моря, къ которому отъ этой земли выдаются какъ бы двѣ вѣтви, а средина умѣреннымъ изгибомъ образуетъ заливъ, боуге всего похожій по формѣ на лулу съ выдающимися рогами, когда она еще не обра-

septentrionem, hos ad occasum conversa prospectat. (18) Mare Caspium dulcius ceteris ingentis magnitudinis serpentes alit: piscium in eo longe diversus ab aliis color est. Quidam Caspium, quidam Hyrcanium appellant: sunt, qui Maeotiam paludem in id cadere putent, et argumentum adferant aquam, quod dulcior sit, quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere. (19) A septentrione ingruens in litus mare incumbit longeque agit fluctus et magna parte exaestuans stagnat. Idem alio caeli statu recipit in se fretum eodemque impetu, quo effusum est, relabens terram naturae suae reddit. Et quidam credidere non clausum mare esse, sed ex India in Hyrcaniam cadere, cuius fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle submittitur.

(20) Hinc rex XX stadia processit semita propemodum in via, cui silva imminabat, torrentesque et eluvies iter morabantur. Nullo tamen hoste obvio penetrat tandemque ad cultiora perventum est. (21) Praeter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur, et uberrimum gignendis uvis solum est. (22) Frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur, sed, nisi solis ortum incolae occupaverint, vel modico tepore succus extinguitur.

L. VI, c. 5, § 24—32. Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit et, quum haud procul

зуетъ полнаго круга. Слѣва живутъ Беркеты, Мосины и Халивы, съ другой стороны *живутъ* Левкосиры (Бѣлые сирійцы) и *растлаются* равнины Амазонокъ, первые на сѣверномъ склонѣ, вторыя — на западномъ. Въ Каспійскомъ морѣ, отличающемся отъ другихъ болѣе прѣсною водою, водятся огромной величины зѣи; рыбы въ немъ совершенно иного цвѣта, исжили другія. Нѣкоторые называютъ его Каспійскимъ моремъ, а нѣкоторые Иракскимъ; другіе полагаютъ, что въ него изливается Маотійское болото, и въ доказательство приводятъ то, что вода въ немъ прѣснѣе, чѣмъ въ другихъ моряхъ: горечь ея умѣряется, дескать, влившеюся болотною жидкостью. Съ сѣвера вливается въ берега ея море, которое далеко разливаетъ свои волны и въ значительной части образуетъ *столчье* болото, испаряясь отъ зноя. Оно же при другомъ положеніи неба снова принимаетъ въ себя волны и, спадая съ тою же быстротою, съ какою *раньше* разливалось, возвращаетъ землю ея природѣ. Нѣкоторые полагали, что *это* — не закрытое море, а впадаетъ изъ Индіи въ Иранію, вершина которой, какъ сказано выше, подпизается непрерывной равниной.

Отсюда царь прошелъ 20 стадій по едва проходной тропинкѣ, надъ которою стоялъ гѣсъ, а потоки и лужи замедляли путь. Не встрѣчая, однако, никакого врага, онъ подвигался впередъ и наконецъ вышелъ въ болѣе воздѣланную *мѣстность*. Кромѣ другихъ припасовъ, которыми тогда изобиловала эта страна, она производитъ огромное количество яблокъ, и почва ея весьма пригодна для произрастанія винограда. Тамъ же часто встрѣчается дерево въ родѣ дуба, листья котораго въ изобиліи покрываются медомъ; но если жители не соберутъ его до восхода солнца, то этотъ сокъ высыхаетъ даже при умѣренной теплотѣ.

Съ Ираніей, какъ сказано выше, было сопредѣльно племя Амазонокъ, обитавшихъ на равнинахъ Фенискерскихъ у рѣки Термодонта. Царицею ихъ была Фалестрія, властвовавшая надъ всѣми землями между горою Кавказомъ и рѣкою Фасидомъ. Возникнувъ страстное желаніе увидѣть царя, она выступила изъ предѣ-

abesset, praemisit indicantes venisse regnam adeundi eius cognoscendique avidam. (26) Protinus facta potestate veniendi, ceteris iussis subsistere, trecentis feminarum comitata processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas dextera praefrens. (27) Vestis non toto Amazonum corpori obducitur: nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. (28) Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant: aduritur dextera, ut arcus facilius intendant et tela vibrent. (29) Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquaquam rerum famae parem oculis perlustrans: quippe omnibus barbaris in corporum maiestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. (30) Ceterum interrogata, num aliquid petere vellet, haud dubitavit fateri ad communicandos cum rege liberos se venisse, dignam, ex qua ipse regni generaret heredes: feminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. (31) Alexander, an cum ipso militare vellet, interrogat. Et illa causata, sine custode regnum reliquisse, petere perseverabat, ne se inritam spei abire pateretur. (32) Acrior ad venerem feminae cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII dies in obsequium desiderii eius absumpti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienem petiverunt.

ловъ своего царства и, когда была уже недалеко, послала заявить, что прибыла царица, жаждущая увидѣться и познакомиться съ нимъ. Немедленно получивъ разрѣшеніе придти, *царица* приказала остальнымъ остановиться, а *сама* выступила впередъ въ сопровожденіи трехсотъ женщинъ. Какъ только царь оказался въ виду, она соскочила съ коня, держа въ правой рукѣ два дротика. Одежда не прикрываетъ всего тѣла Амазонокъ: лѣвая сторона до груди обнажена, а затѣмъ остальное *тѣло* прикрыто, но изгибы одежды, которую *онъ* собираютъ въ узелъ, не спускаются ниже колѣнъ; лѣвая грудь сохраняется въ цѣлости, чтобы кормить дѣтей женскаго пола, а правая выжигается, чтобы легче *было* натягивать лукъ и размахивать дротиками. Элестриа безстрашно смотрѣла на царя, внимательно окидывая взорами его паружность, вовсе не соответствовавшую славіи *его* дѣлній. Въдъ всѣмъ варварамъ свойственно уваженіе къ величественной вѣщности, и они не считаютъ способными на великіе подвиги *никого* кромѣ тѣхъ, кого природа удостоила одарить выдающеюся вѣщностью. Впрочемъ, на вопросъ, не желаетъ ли она о чемъ-либо попросить *царя*, она не затруднилась признаться, что пріѣхала съ цѣлью прижить съ царемъ дѣтей, *считая себя* достойною того, чтобы онъ произвелъ отъ нея наследниковъ царства; *ребенка* женскаго пола она удержитъ *у себя* а мальчюка отдастъ отцу. Александръ спросилъ, не желаетъ ли она участвовать съ нимъ въ походахъ; но она, *отклонивъ это приглашеніе* подъ тѣмъ предлогомъ, что оставила *свое* царство безъ охраны, продолжала просить, чтобы онъ не допустилъ ее удалиться обманутою въ *своей* надеждѣ. Болѣе пламенная страсть женщины, чѣмъ царя, побудила его остановиться на нѣсколько дней; на удовлетвореніе ея желанія было употреблено 13 дней. Затѣмъ она направилась въ свое царство, а царь — въ Парсіену.

Lib. VII, c. 3, § 19. [E Parapamisadis] agmen processit ad Caucasum montem, cuius dorsum Asiam perpetuo iugo dividit: hinc simul mare, quod Ciliciam subit et Rubrum mare, illinc Caspium fretum et

[Изъ Парамисадовъ] армія *Александра* двинулась къ горѣ Кавказу, которая раздѣляетъ Азію непрерывнымъ хребтомъ: одной стороною онъ обращенъ къ морю, омывающему Киликію, и Красному морю,

amnem Araxen aliaque regione Scythiae deserta spectat. (20) Taurus, secundae magnitudinis mons, committitur Caucaso: a Cappadocia se attollens Ciliciam praeterit Armeniaeque montibus iungitur. (21) Sic inter se iuga velut serie cohaerentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiae omnia fere flumina alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanium et Ponticum decidunt. (22) XVII dierum spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes in eo X in circuitu stadia complectitur, III in magnitudinem excedit, in qua vinctum Prometheus fuisse antiquitas tradidit. (23) Condendae in radicibus montis urbi sedes electa est. VII milibus Caucasiorum et Macedonum praeterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum in novam urbem considerare. Hanc quoque Alexandriam incolae appellaverunt.

другой — къ Каспійскому заливу, рѣкъ Араксу и въ другомъ направленіи къ пустыннымъ стѣнямъ Сянею. Тавръ, гора второй величины, соединяется съ Кавказомъ: поднимаясь отъ Каппадокіи, она идетъ черезъ Киликію и слѣвается съ горами Арменіи. Такимъ образомъ горныя цѣпи, какъ бы по порядку соединяясь одна съ другою, образуютъ непрерывный хребетъ, изъ котораго вытекаютъ почти всѣ азіатскія рѣки, излипающіяся одні въ Красное море, другія въ Каспійское, третьи въ Иранское и Понтійское. Войско перешло Кавказъ въ 17 дней. *Одинъ* утесъ его имѣетъ 10 стадій въ окружности, а въ высоту поднимается на 4; къ нему-то, по древнему преданію, былъ прикованъ Прометей. У подошвы горы было избрано мѣсто для основанія города; въ новомъ городѣ позволено поселиться семи тысячамъ Бавказцевъ и, кромѣ того, тѣмъ македонскимъ солдатамъ, въ службѣ которыхъ *царь* уже не нуждался. И этотъ городъ жители называли Александріей.

L. VII, c. 6, § 11. Legati deinde Abiorum Scytharum superveniunt, liberi ex quo decesserat Cyrus, tum imperata facturi. Iustissimos barbarorum constabat: armis abstinebant, nisi lacessiti: libertatis modico et aequali usu principibus humiliores pares fecerant. Hos benigne adlocutus ad eos Scythas, qui Europam incolunt, Berdam quendam misit ex amicis, qui denuntiaret his, ne Tanain amnem iniussu regis transirent. Eidem mandatam, ut contemplaretur locorum situm et illos quoque Scythas, qui super Bosphorum colunt, viseret. Condendae urbi sedem super ripam Tanais elegerat, claustrum et iam perdomitorum et quot deinde adire decreverat. Sed consilium distulit Sogdianorum nuntiata defectio, quae Bactrianos quoque traxit....

[Во время пребыванія Александра въ Маракандѣ] явились послы Сянеювъ Авиевъ, которые пользовались свободою со смерти Кира, но теперь изъявили готовность повиноваться. Они следили за справедливейшихъ изъ варваровъ; за оружіе брались только вынужденно: умѣренно и ровно пользуясь свободою, они уравнивали высшее сословіе съ низшимъ. Благожелательно принявъ ихъ, Александръ послалъ нѣкоего Берду изъ числа *своихъ* друзей къ европейскимъ Сянеюмъ съ порученіемъ объявить имъ, чтобы они не смѣли безъ позволенія царя переправляться за рѣку Тапандъ. Бердѣ было поручено также обозрѣть положеніе страны и посѣтить и тѣхъ Сянеювъ, которые живутъ выше Воспора. На берегу Тапанда царь выбралъ мѣсто для основанія города, который послужилъ бы оплотомъ какъ покоренныхъ уже народовъ, такъ и тѣхъ, противъ которыхъ онъ рѣшилъ идти впоследствии. Но извѣстіе о возстаніи Согдіановъ, увлекшемъ и Бактрійцевъ, заставило отсрочить исполненіе этого плана....

L. VII, c. 7, § 1. At rex Scytharum, cuius tum ultra Tanaim imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus, fratrem Carthasim nomine cum magna equitum manu misit ad diruendam eam proculque amne submovendas Macedonum copias. (2) Bactrianos Tanais ab Scythia, quos Europaeos vocant, dividit. Idem Asiam et Europam finis interfluit. (3) Ceterum Scytharum gens haud procul Thracia sita ab oriente ad septentrionem se vertit Sarmatarumque non, ut quidam credidere, finitima, sed pars est. (4) Recta deinde regione saltum ultra Istrum iacentem colit: ultima Asiae, qua Bactra sunt, stringit. Habitant, quae septentrioni propiora sunt: profundae inde silvae vastaque solitudines excipiunt: rursus quae Tanain et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt...

Скиѣскій царь, владѣнія котораго лежали тогда по ту сторону Танаида, полагая, что городъ, построенный Македонянами на берегу рѣки, легъ ему на голову, послалъ *своего* брата, по имени Карѣасія, съ большимъ отрядомъ всадниковъ разрушить его и прогнать Македонскія войска далеко отъ рѣки. Танаидъ отдѣляетъ Бактриановъ отъ Скиѣовъ, называемыхъ Европейскими, и своимъ теченіемъ образуетъ границу Азій и Европы. Скиѣское племя, живущее недалеко отъ Фракіи, отъ востока распространяется къ сѣверу и не сопредѣльно съ Сарматами, какъ полагали нѣкоторые, а составляетъ часть *ихъ*; затѣмъ оно по прямому направленію живетъ на земляхъ, лежащихъ за Истромъ, и доходитъ до крайнихъ *предѣловъ* Азій, гдѣ лежатъ Бактры. Они населяютъ мѣстности, ближайшія къ сѣверу; затѣмъ начинаются дремучіе лѣса и обширныя степи; *мѣста*, обращенныя къ Танаиду и Бактрамъ, сходны по обработкѣ ихъ человѣкомъ...

L. VIII, c. 1, § 7. Alexander quoque Sogdianis rursus subactis Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas super Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit: (8) Phrataphernes quoque, qui Chorasmiis praeerat, Massagetis et Dahis regionum confinio adiunctus, miserat, qui facturum imperata pollicerentur. (9) Scythae petebant, ut regis sui filiam matrimonio sibi iungeret: si dedignaretur adfinitatem, principes Macedonum cum primoribus suae gentis conubio coire pateretur: ipsum quoque regem venturum ad eum pollicebantur. (10) Utraque legatione benigne audita Hephaestionem et Artabazum operiens stativa habuit...

Александръ, снова покоривъ Согдиановъ, возвратился въ Мараканды. Здѣсь явился къ нему Берда, котораго онъ послалъ къ живущимъ выше Воспора Скиѣамъ, съ посланцами этого народа. Также Фратафернъ, предводитель Хоразмійевъ, предѣлы владѣній которыхъ соприкасаются съ Массагетами и Дагами, прислалъ посольство съ обѣщаніемъ покорности. Скиѣны просили Александра соединиться брачными узами съ дочерью ихъ царя; если же онъ отвергнетъ это родство,— позволить македонскимъ князьямъ породниться путемъ браковъ съ первыми людьми ихъ племени; *при этомъ* они обѣщали, что и самъ царь ихъ явится къ нему. Благоклонно выслушавъ оба посольства, Александръ въ ожиданіи Ифѣстіона и Артаваза сдѣлалъ продолжительную стоянку...

L. X, c. 1, § 43. ...[Alexander] litteras accipit de rebus in Europa et Asia gestis, dum ipse Indiam subegit. (44) Zopyrio, Thraciae praepositus, quum expeditionem

...[Александръ] получилъ письмо о событіяхъ, совершившихся въ Европѣ и Азій *въ то время*, какъ онъ покорялъ Индію: Зоприонъ, оставленный на мѣстности

in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis cum toto exercitu oppressus erat...

комъ во Фракія, во время похода противъ Гетовъ погибъ со всѣмъ войскомъ вслѣдствіе внезапно поднявшихся непогодъ и бурь...

## L. ANNAEVS SENECA.

## Л. АННЭЙ СЕНЕКА.

[Знаменитый философъ и поэтъ, род. за нѣсколько лѣтъ до Р. Хр., кончилъ жизнь самоубійствомъ по приказанію Нерона въ 65 г. по Р. Хр. До насъ дошли разныя его сочиненія философскаго содержанія и 9 трагедій<sup>1)</sup>.—Текстъ: L. Annaei Senecae opera quae supersunt. Recogn. Fr. Naase. 3 vv. Lips. 1874—78].

## DIALOGORVM LIBER I.

## ДІАЛОГОВЪ КНИГА I.

## AD LVCILIVM

## КЪ ЛУЦІЛІУ

QVARE ALIQVA INCOMMODA BONIS VIRIS ACCIDANT CVM PROVIDENTIA SIT  
SIVE  
DE PROVIDENTIA<sup>2)</sup>.

ПОЧЕМУ СЛУЧАЮТСЯ КАКІЯ-ЛИБО НЕПРІЯТНОСТИ ХОРОШИМЪ ЛЮДЯМЪ,  
КОГДА СУЩЕСТВУЕТЪ ПРОВИДѢНІЕ,

ИЛИ

О ПРОВИДѢНІИ.

IV, 14 ...omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit, Germanos dico et quicquid circa Istrum vagarum gentium occurrat. perpetua illos hiems, triste coelum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras captant. (15) Miseri tibi videntur? nihil miserum est quod in naturam consuetudo perduxit. paulatim enim voluptati sunt quae necessitate coeperunt. nulla illis domicilia nullaeque sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit. vilis et hic quaerendus manu victus, horrenda iniquitas caeli, intacta corpora. hoc quod tibi calamitas videtur, tot gentium vita est...

...Обрати вниманіе на всѣ народы, которыми оканчивается Римская мирная область, *т. е.* я разумѣю Германцевъ и всѣ кочевныя племена, блуждающія около Истра: ихъ давить вѣчная зима и печальное небо, неуютно держать на себѣ скудная почва, они защищаются отъ дождя соломой или древесною листвою, перескакиваютъ черезъ стоячія воды по крѣпкому льду, для пропитанія ловятъ дикихъ звѣрей. Они кажутся тебѣ жалкими? нисколько не жалко то, что привычка сдѣлала *второй* природой: ибо то, что начато по необходимости, мало по малу переходитъ въ наслажденіе; у нихъ нѣтъ никакихъ жилищъ, никакихъ прочныхъ поселеній, кромѣ тѣхъ, которыя усталость устанавливаетъ на день, скудное и притомъ добываемое собственноручно пропитаніе, страшная суровость влпмата, непокрытыя тѣла. То, что тебѣ кажется бѣдствіемъ, есть образъ жизни столбныхъ племенъ...

1) Въ подлинности нѣкоторыхъ трагедій существуютъ сомнѣнія, особенно по отношенію къ *Agamemno* и *Hercules Oetaeus*. См. Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* II, 2<sup>2</sup>, p. 38 sq.

2) О времени написанія этого сочиненія cf. Schanz, *l. c.* p. 291: «*Allem Anschein nach gehört die Schrift in die letzte Epoche der Schriftstellerei Senecas*».



DIALOGORVM LIBER IV.

AD NOVATVM

DE IRA <sup>1)</sup>

LIBER II.

XV, 1. «Ut scias, inquit, iram habere in se generosi aliquid, liberas videbis gentes, quae iracundissimae sunt, ut Germanos et Scythas»...

ДІАЛОГОВЪ КНИГА ІV.

КЪ НОВАТУ

О ГНѢВѢ

КНИГА II.

«Чтобы знать, сказалъ онъ, что гнѣвъ заключаетъ въ себѣ нѣчто великодушное, ты посмотришь на свободныя племена, которыя крайне вспыльчивы, какъ напр. Германцы и Скѣны...»

---

*Dial. lib. V (Ad Novatum de ira l. III), 16, 3 commemoratur Dareus bellum Scythis indixisse orientem cingentibus.*

---

DIALOGORVM LIBER IX.

AD SERENVM

DE TRANQVILLITATE ANIMI <sup>2)</sup>.

XI, 12 ...Ptolemaeum Africae regem, Armeniae Mithridaten inter Caianas custodias vidimus: alter in exilium missus est, alter ut meliore fide mitteretur, optabat...

ДІАЛОГОВЪ КНИГА ІХ.

КЪ СЕРЕНУ

О СПОКОЙСТВІИ ДУХА.

...Мы видѣли африканскаго царя Птолемея, армянскаго Митридата среди стражи Гаа; одинъ былъ отправленъ въ ссылку, другой желалъ быть отправленнымъ съ большимъ довѣріемъ...

DIALOGORVM LIBER X.

AD PAVLINVM

DE BREVITATE VITAE <sup>3)</sup>.

IV, 5 ...dum [divus Augustus] Alpes placat inmixtosque mediae paci et imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum et Euphratem et Danubium terminos movet, in ipsa urbe Murenae, Caepionis, Lepidi, Egnatorum in eum mucrones acuebantur...

ДІАЛОГОВЪ КНИГА Х.

КЪ ПАВЛИНУ

О КРАТКОСТИ ЖИЗНИ.

...Пока [божественный Августъ] улаживалъ *дѣла* въ Альпахъ и умиралъ враговъ, вторгшихся среди мира въ имперію, пока раздвигалъ предѣлы *государства* за Рейнъ, Евфратъ и Данубій, въ самомъ городѣ *Римъ* на него точились кинжалы Мурены, Цэпіона, Лепида и Егнатіевъ...

---

1) О времени ср. Schanz, l. c. p. 293 (вскорѣ послѣ смерти Калигулы).

2) По мнѣнію Нелле (см. Schanz, p. 297), это сочиненіе написано не позднѣе 59-го года.

3) Написано, по всей вѣроятности, въ 49 году (Schanz, p. 298).

## DIALOGORVM LIBER XII.

AD HELVIAM MATREM

DE CONSOLATIONE <sup>1)</sup>.

VII, 1. A caelestibus agedum te ad humana converte: videbis gentes populosque universos mutasse sedem. quid sibi volunt in mediis barbarorum regionibus Graecae urbes? quid inter Indos Persasque Macedonicus sermo? Scythia et totus ille ferarum indomitaeque gentium tractus civitates Achaiae Ponticis impositas litoribus ostentat. Non perpetuae hiemis saevitia, non hominum ingenia ad similitudinem caeli sui horrentia transferentibus domos suas obstiterunt. (2) ...Miletus quinque et septuaginta urbium populum in diversa effudit...

## ДИАЛОГОВЪ КНИГА XII.

КЪ МАТЕРИ ГЕЛЬВИИ

ОБЪ УТЪШЕНИИ.

Отъ небеснаго обратись теперь къ земному: ты увидишь, что племена и цѣлыя народы перемѣнили свое мѣстопробываніе. Что значать греческіе города въ среднѣй варварскихъ странъ? что *значитъ* македонская рѣчь среди Индовъ и Персовъ? Скиѣя и вся та сторона днѣихъ звѣрей и немирныхъ племенъ въказываетъ Ахейскія граждальскія общины, расположенныя на Пелійскихъ берегахъ. Ни суровость вѣчной зимы, ни ужасающіе подобно климату нравы населенія не послужили поутѣхою переносающимъ свои жилища... Милетъ разлѣнъ въ разныя *стороны* народонаселеніе семидесяти пяти городовъ...

X, 3. Ultra Phasin capi volunt [sc. homines luxuriosi], quod ambitiosam popinam instruat, nec piget a Parthis, a quibus nondum poenam repetimus, aves petere...

[Избалованные роскошью люди] хотятъ, чтобы за Фасидомъ добывалось то, что снабжаетъ модный трактиръ, и имъ не совѣстно требовать птицъ отъ Парѣянъ, отъ которыхъ мы еще не потребовали возмездія...

## NATVRALES QVAESTIONES

AD LVCILIVM <sup>2)</sup>.

Prologus. 8... o quam ridiculi sunt mortalium termini! Ultra Istrum Dacus non exeat. *Strymon et Haemus* Thracas includat. Parthis obstet Euphrates. Danubius Sarmatica et Romana disterminet. Rhenus Germaniae modum faciat... (10) Si quis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas provincias dividunt?...

## ИЗСЛѢДОВАНІЯ О ПРИРОДѢ.

КЪ ЛУЦІЛІУ.

Прологъ. 8... О, какъ смѣшны предѣлы смертныхъ! Дакиецъ пусть не выходитъ изъ-за Истра; Стримонъ и Гемъ пусть заключаютъ въ себя Фракійцевъ; Парѣянецъ пусть загоразиваетъ Евфратъ; Данубій пусть разграничиваетъ Сарматское и Римское; Рейвъ пусть составляетъ предѣлы Германіи... Если кто дастъ муравьямъ человѣческой разумъ, то развѣ и они не раздѣлятъ одну площадь на многія провинціи?...

1) Написано въ 41 или 42 г. (Schanz, p. 300).

2) Написано въ 63 г. (Schanz, p. 304).

Lib. III, c. XXVI, 1. Aestate quaedam flumina augentur, ut Nilus, cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestivo.

Лѣтомъ нѣкоторыя рѣки увеличиваются, какъ напр. Нилъ, о которомъ будетъ рѣчь въ другомъ мѣстѣ. Теофрастъ свидѣтельствуеъ, что и въ Понтѣ нѣкоторыя рѣки въ лѣтнее время бываюгъ изобильнѣе водою...

Lib. IV, c. I, 1... quaeram tecum id, quod superiore libro distuli: quid ita Nilus aestivis mensibus abundat? cui Danubium similis naturae philosophi tradiderunt, quod et fontis ignoti et aestate quam hieme maior sit: (2) utrumque adparuit falsum. nam et caput eius in Germania esse comperimus et aestate quidem incipit crescere, sed adhuc manente intra mensuram suam Nilo primis caloribus, cum sol vehementior inter extrema veris nives emollit, quas ante consumit, quam Nilus intumescere incipiat: reliquo vero aestatis minuitur et ad hibernam magnitudinem redit...

...Я разберу съ тобою то, что отложилъ въ предыдущей книгѣ: почему Нилъ такъ изобилуетъ водою въ лѣтніе мѣсяцы? Ученые передавали, что Данубій подобенъ ему по свойствамъ, такъ какъ и истоки его не пзвѣстны и лѣтомъ онъ *бываетъ* больше, нежели зимою. Но оба признака оказались ложными: мы узнали, что истоки его находятся въ Германіи, и лѣтомъ онъ, правда, начинаетъ подниматься, но въ то время, какъ Нилъ еще находится въ своихъ предѣлахъ, при первыхъ жарахъ, когда въ концѣ весны болѣе жаркое солнце размягчаетъ снѣга и уничтожаетъ ихъ раньше, чѣмъ Нилъ начинаетъ вздуться; въ остальную же часть лѣта онъ уменьшается и возвращается къ зимней величинѣ...

Lib. IV, c. II, 17. Sed nunc ad inspiciendas causas, propter quas aestate Nilus crescat, accedam et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait ex Aethiopiae iugis solutas nives ad Nilum usque decurrere. in eadem opinione omnis vetustas fuit. hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides tradunt. sed falsum esse pluribus argumentis patet... (19) Quemadmodum ergo regio tantis subiecta fervoribus duraturas per totam aestatem nives recepit? quas sane aliqui montes illic quoque excipiant: numquid magis quam Alpes, quam Thraciae iuga, quam Caucasus? atqui horum montium flumina vere et prima aestate intumescunt, deinde hibernis minora sunt: quippe vernis temporibus imbres nivem diluunt, reliquias eius primus calor dissolvit. (20) nec Rhenus nec Rhodanus nec Ister [nec qui alii hiberno] subiacent caelo, aestate proveniunt: et illis in septemtrionibus altissimae iugiter sunt nives. Phasis quoque *per idem* tempus et Borysthenes crescerent, si nives possent flumina contra aestatem magna producere...

По теперь я перейду къ разсмотрѣнію причинъ, по которымъ на Нилѣ бываетъ половодье лѣтомъ, и начну съ древнѣйшихъ. Анаксагоръ говоритъ, что растаяшіе снѣга съ горныхъ хребтовъ Эіопіи стекаюгъ до самаго Нила. Этого же мнѣнія держалась вся древность: такъ передаютъ Эсхилъ, Софокль, Еврипидъ. Но ложность *этого мнѣнія* ясна изъ многихъ доводовъ... Итакъ, какимъ же образомъ страна, подверженная такимъ жарамъ, получила снѣга, держащіеся цѣлое лѣто? Допустимъ, что и тамъ ихъ припимаютъ какія-нибудь горы; но развѣ больше, чѣмъ Альпы, чѣмъ горные хребты Тиракіи, чѣмъ Кавказъ? Однако рѣки, текущія съ этихъ горъ, вздуваются весною и въ началѣ лѣта, а затѣмъ бывають меньше, чѣмъ зимою; ибо въ весеннее время дожди размываютъ снѣгъ, а остатки его распускаетъ первый же жаръ. Ни Рейнъ, ни Роданъ, ни Истръ, [ни другія рѣки, которыя подъ зимнимъ] лежать небомъ, не разливаются лѣтомъ: а у нихъ на сѣверѣ горами лежатъ глубо-

чайшіе свѣга. И Фасидъ и Борисоенъ имѣли бы половодье въ то же время, если бы свѣга могли противъ лѣта увеличивать рѣки...

§ 28. Diogenes Apolloniates ait: (29) ...«Terra cum exaruit, plus humoris ad se adducit. ut in lucernis oleum illo fuit ubi exurit, sic aqua illo incumbit, quo vis caloris et terrae aestuantis arcessit. Unde ergo trahit? ex illis scilicet partibus semper hibernis, septentrionalibus, unde exundat. ob hoc Pontus in infernum mare adsidue fuit rapidus, non ut cetera maria alternatis ultro citroque aestibus, in unam partem semper pronus et torrens...»

Диогенъ Аполлонійскій говоритъ: «...Когда земля высохнетъ, она притягиваетъ къ себѣ боѣе влаги. Какъ въ лампахъ масло течетъ туда, гдѣ выгораетъ, такъ вода направляется туда, куда ее привлекаютъ сила жара и выжигаемой зпоемъ земли. Откуда же притягиваетъ? очевидно изъ тѣхъ всегда зимнихъ, сѣверныхъ частей, гдѣ она изобилуетъ. По этой причинѣ Понтъ непрерывно быстро течетъ въ Нижнее море, не такъ, какъ прочія моря *текутъ* то туда, то сюда въ зависимости отъ измѣненія жаровъ, а всегда склоняется и быстро течетъ въ одну сторону»...

Lib. IV, c. V, 2. Aiunt enim vere quicquid circa Scythiam et Pontum et septentrionalem plagam glaciatum et adstrictum est relaxari. tunc flumina gelata [et lacus] discedere, tunc obrutos montes nivem solvevere. credibile est ergo frigidis spiritibus inde inferri et verno caelo remiseri...

Утверждаютъ, что весной распускается все, что въ Скиѣи, Понтѣ и сѣверныхъ краяхъ покрыто и сковано льдомъ. Тогдаде рѣки [и озера] трогаются, тогда освобождаются отъ свѣга засыпанныя имъ горы. Итакъ вѣроятно, что оттуда приносятся холодныя дуповенія и смѣшиваются съ весеннимъ климатомъ...

Lib. VI, c. VII, 1. Quidam motum terrarum aquae imputaverunt, sed non ex eadem causa. «Per omnem terram, inquiunt, multa aquarum genera decurrunt: aliubi perpetui amnes, quorum navigabilis etiam sine adiutorio imbrum magnitudo est. hinc Nilus per aestatem ingentes aquas invehit, hinc, qui medius inter pacata et hostilia fuit Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos inpetus cohibens et Europam Asiamque determinans, alter Germanos avidam gentem belli repellens...».

Нѣкоторые приписываютъ землетрясенія водѣ, но не по той же причинѣ. «По всей землѣ, говорятъ они, бѣгутъ много-различныя воды: нвдѣ вѣчнотекущія рѣки, которыя по своей величинѣ судоходны даже безъ помощи дождей. Отсюда Нилъ лѣтомъ ватитъ огромныя массы воды, отсюда текущія между мирными и непріятельскими землями Данубій и Рейнъ, *изъ коихъ* одинъ сдерживаетъ Сарматскія вторженія и разграничиваетъ Европу съ Азіей, другой отражаетъ войнолюбивое племя Германцевъ...».

EPISTVLAE MORALES  
AD LVCILIVM<sup>1</sup>).ПРАВСТВЕННЫЯ ПИСЬМА  
КЪ ЛУЦИЛІЮ.

[Текстъ: L. Annaei Senecae ad Lucilium epistularum moralium quae supersunt. Edidit Otto Hense. Lips. ap. Teubner. 1898].

## Lib. XI, Ep. I (80).

§ 10. Vides illum Scythiae Sarmatiaeve regem insigni capitis decorum? si vis illum aestimare totumque scire, qualis sit, fasciam solve: multum mali sub illa latet...

Видишь того Скиѣскаго или Сарматскаго царя, украшеннаго царскимъ головнымъ уборомъ? Если ты хочешь его одѣнить и узнать всего, каковъ онъ есть, развяжи эту повязку: подъ ней прячется много зла...

## Lib. XIV, Ep. II (90).

§ 16... «Frigus intolerabile est corpori nudo». quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abunde defendere queunt? non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non avium pluma in usum vestis conseruntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murum, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt?...

«Холодъ невыносимъ голому тѣлу». Такъ что же? развѣ шкуры дикихъ звѣрей и другихъ животныхъ не могутъ вполне достаточно защитить отъ холода? развѣ многія племена не прикрываютъ тѣлъ древесною корою? развѣ птчыи перья не шиваются для употребленія въ *качество* одежды? развѣ большая часть Скиѣовъ еще и нынѣ не одѣвается въ лисьи и мышиныя хребтовныя шкурки, которыя мягки на ошупь и непроницаемы для вѣтровъ?...

§ 31. «Anacharsis, inquit [Posidonius], invenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur». deinde, quia apud Homerum invenitur figuli rota, malunt videri versus falsos esse quam fabulam: ego nec Anacharsim auctorem huius rei fuisse contendo et, si fuit, sapiens quidem hoc invenit, sed non tamquam sapiens, sicut multa sapientes faciunt qua homines sunt, non qua sapientes: puta velocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, qua velox est, non qua sapiens...

«Анахарсидъ, говоритъ [Посидоній], изобрѣлъ гончарное колесо, верченіемъ котораго формуются сосуды». Затѣмъ, такъ какъ у Омира встрѣчается гончарное колесо, предпочитаютъ скорѣе *эти* стихи считать ложными, чѣмъ преданіе. А я не признаю Анахарсида изобрѣтателемъ этого инструмента и *думаю*, что если онъ былъ имъ, то изобрѣлъ это мудрецъ, но не въ *качествѣ* мудреца, подобно тому какъ мудрецы дѣлаютъ многое посколькы они люди, а не посколькы мудрецы: представь себѣ, *напр.*, что мудрецъ очень быстроногъ; въ *такомъ* случаѣ онъ всѣхъ опередитъ на бѣгу, посколькы онъ быстръ, а не посколькы мудрецъ...

1) О времени написанія писемъ (около 62—64 г.) см. Schanz, p. 308.

## Lib. XX, ep. VII (124).

§ 22. Quid, inquam, vires corporis alis et exerceas? pecudibus istas maiores ferisque natura concessit. quid excolis formam? cum omnia feceris, a mutis animalibus decore vinceris. quid capillum ingenti diligentia colis? cum illum vel effuderis more Parthorum vel Germanorum modo vinceris vel ut Scythae solent sparseris, in quolibet equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum cervice formosior...

Къ чему ты, говорю я, развиваешь и упражняешь тѣлесныя силы? природа дала ихъ больше скотамъ и дикимъ звѣрямъ. Къ чему лелѣешь *свою* красоту? Когда сдѣлаешь все *возможное, всетаки* безловесныя животныя побѣдятъ тебя красою. Къ чему съ величайшею тщательностью холишь волосы? Распустивъ ли ты ихъ по обычаю Парянъ, или свяжешь по обычаю Германцевъ, или рассыпешь *по плечамъ*, какъ дѣлають Скионы, всетаки у лубаго коня будетъ вздыматься болѣе густая грива и на затылкѣ львовъ будетъ торчать болѣе красивая...

## TRAGOEDIAE.

## ТРАГЕДИИ.

[Текстъ: L. Annaei Senecae tragoediae. Recensuerunt Rudolfus Peiper et Gustavus Richter. Peiperi subsidiis instructus denuo edendas curavit Gustavus Richter. Lips. ap. Teubnerum 1903].

## HERCVLES [FVRENS].

## ГЕРКУЛЕСЪ [НЕИСТОВЫЙ].

Chorus. Vv. 245—248.

Non vicit illum caelibis semper tori  
regina gentis vidua Thermodontiae  
nec ad omne clarum facinus audaces manus  
stabuli fugavit turpis Augei labor.

Его не побѣдила безбрачная царица  
Термодонтскаго племени, всегда хранящая  
дѣвственное ложе, и смѣля на всякій  
славный подвигъ руки не испугать по-  
стыдный трудъ Авгеевыхъ конюшенъ.

Chorus. Vv. 533—546.

Intravit Scythiae multivagas domos  
et gentes patriis sedibus hospitas  
calcavitque freti terga rigentia  
et mutis tacitum litoribus mare.

Illic dura carent aequora fluctibus  
et qua plena rates carbasa tenderant  
intonsis teritur semita Sarmatis.  
stat pontus vicibus mobilis annuis,  
navem nunc facilis, nunc equitem pati.

Illic quae viduis gentibus imperat  
aurato religans ilia balteo,  
detraxit spoliū nobile corpori  
et peltam et nivei vincula pectoris,  
victoremposito suspiciens genu.

Онъ вошелъ въ подвижныя жилища  
Скионъ, къ племенамъ, гостящимъ на  
отческихъ сѣдалищахъ, и попралъ *ногами*  
отвердѣлую поверхность водъ и молчали-  
вое море въ пѣмыхъ берегахъ. Тамъ твер-  
дыя морскія бездны лишены волнъ и тамъ,  
гдѣ ладьи натягивали раньше полныя на-  
руса, *нынѣ* протаптывается тропа нестри-  
женными Сарматами. Подвижное море  
ежегодно становится и легко поднимаетъ  
то корабль, то всадника. Тамъ подпоясан-  
ная золотымъ поясомъ *дѣва*, повелѣваю-  
щая безбрачными племенами, сняла съ  
тѣла благородный доспѣхъ, пелту и по-  
вязку бѣлоснѣжной груди и, преклонивъ  
колѣна, взирала на побѣдителя.

V. 538: tenderant: ita cod. A, minus recte Richter in ed. 2 restituit tenderent.

Vv. 1127—28 commemoratur «telum Scythicis leve corytis missum».

Hercules. Vv. 1206—12.

Rupes ligatum Caspiae corpus trahant  
atque ales avida — cur Promethei vacant  
scopuli? vacat cur <sup>1)</sup> vertice immenso feras  
volucresque pascens Caucasi abruptum latus  
nudumque silvis. illa quae Pontum Scythen  
Symplegas artat hinc et hinc vincetas manus  
distendat alto...

...Пусть влекутъ прикованное тѣло  
Каспійскія скалы и алчная птица—почему  
пустуютъ Прометеевы скалы? Почему пу-  
стуетъ обрывистый склонъ Кавказа съ  
огромной вершиной, питающій звѣрей и  
птицъ и обожженный отъ дѣсовъ. Симпле-  
гада, которая суживаетъ Скиѣскій Поппъ,  
пусть растягиваетъ въ вышинѣ туда и  
сюда прикованныя руки...

Hercules. Vv. 1321—29.

...quem locum profugus petam?  
ubi me recondam quave tellure obruar?  
quis Tanais aut quis Nilus aut quis Persica  
violentus unda Tigris aut Rhenus ferox  
Tagusve Hibera turbidus gaza fluens  
abluere dextram poterit? Arctoum licet  
Maeotis in me gelida transfundat mare  
et tota Tethys per meas currat manus:  
haerebit altum facinus...

...Въ какое мѣсто направиться мнѣ въ  
бѣгствѣ? Гдѣ мнѣ скрыться или какою  
землею засыпаться? какой Танаидъ, какой  
Нилъ, какой Тигръ, стремительно катящій  
персидскія волны, или суровый Рейнъ, или  
мутный Тагъ, несущій въ волнахъ ибер-  
скія сокровища, въ состояніи будетъ омыть  
мою десницу? Пусть ледяная Мэотида  
выльетъ на меня сѣверное море, и дѣлая  
Теоія пробѣжитъ черезъ мои руки, — *все-  
таки на нихъ* останется глубоко вѣвшемся  
преступленіе...

#### THYESTES.

#### ΘΙΕΣΤΗΣ.

V. 127 commemoratur «Sarmaticus boreas». — V. 374—5 in descriptione regum  
opulentissimorum commemorantur «qui Caspia fortibus recludunt iuga Sarmatis». V. 376  
commemoratur «Danuvii vadum».

Nuntius. Vv. 627—631.

Quaenam ista regio est? Argos et Sparte, pios  
sortita fratres et maris gemini premens  
fauces Corinthos, an feris Hister fugam  
praebens Alanis, an sub aeterna nive  
Hircana tellus, an vagi passim Scythae?

Что это за страна? Аргосъ и Спарта,  
получившіе по жребію благочестивыхъ  
братьевъ, и Коринѣ, стоящій у заливовъ  
обо двухъ морей, или *здесь* Истръ, предоста-  
вляющій *пути къ* бѣгству дикимъ Аланамъ,  
или покрытая вѣчными снѣгомъ Иркян-  
ская земля, или всюду блуждающіе Скиѣ?

Thyestes. Vv. 1047—9.

tale quis vidit nefas?  
quis inhospitalis Caucasi rupem asperam  
Heniochus habitans?...

Кто видѣлъ такое злодѣяніе? Какой  
Иніохъ, живущій на крутой скалѣ негосте-  
пріимнаго Кавказа?...

1) *vagetur*—codd.; corr. *Leo*.

## PHAEDRA.

## ФЭДРА.

Hippolytus. Vv. 54—59 et 66—72.

Ades en comiti, diva virago,  
 .....  
 cuius certis petitur telis  
 fera quae gelidum  
 potat Araxen  
 et quae stanti ludit in Istro.  
 .....

Quicquid solis pascitur arvis,  
 sive illud Arabs divite silva  
 sive illud inops novit Garamans,  
 sive ferocis iuga Pyrenes  
 sive Hircani celant saltus  
 vacuisque vagus Sarmata campis,  
 arcus metuit, Diana, tuos.

Будь *мнѣ* спутницей, божественная  
 дѣва... мѣткими стрѣлами которой пора-  
 жается звѣрь, пьющій воду холоднаго  
 Аракса или играющій на замерзшемъ  
 Истрѣ.. Все, что пасется на уединенныхъ  
 поляхъ, — знаетъ ли это Арабъ въ бога-  
 томъ лѣсу, или нищій Гарамантъ, или скрп-  
 вають *въ себѣ* хребты жестокой Пирены  
 или Гирканскія ущелья, или кочевой Сар-  
 матъ въ своихъ пустыхъ поляхъ, — *все*  
*это* боится твоего лука, Діана!

Nutrix. Vv. 165—169.

Compesce amoris impii flammam, precor,  
 nefasque, quod non ulla tellus barbara  
 commisit umquam, non vagi campis Getae,  
 nec inhospitalis Taurus aut sparsus Scythes.

[Къ Фэдрѣ]: Погаси, умоляю, пламя  
 нечестивой любви и грѣхъ, котораго ни-  
 когда не совершала ни одна варварская  
 земля, — ни кочующіе по полямъ Геты,  
 ни пегостепримный Тавръ или *живущій*  
 разсѣянно Скиевъ...

Phaedra. Vv. 399—403.

Qualis relictis frigidi Ponti plagis  
 egit catervas Atticum pulsans solum  
 Tanaitis aut Maeotis et nodo comas  
 coegit emitteque lunata latus  
 protecta pelta: talis in silvas ferar.

Какъ Танатанка или Мэотіанка, по-  
 кинувъ страны холоднаго Понта, привела  
 толпы на аттическую почву, связала  
 узломъ волосы и обнажила грудь, прерыва-  
 ваясь лунообразной пельтой, — таковою и  
 я помчусь въ лѣса...

V. 660 (Phaedra ad Hippolytum):

In ore Graio Scythicus apparet rigor.

На *твоемъ* греческомъ лицѣ видна  
 скинская суровость.

Hippolytus. Vv. 723—4.

Quis eluet me Tanais? aut quae barbaris  
 Maeotis undis Pontico incumbens mari?

Какой Танандъ омоетъ меня? Или ка-  
 кая Мэотида, варварскими волнами приле-  
 гающая къ Понтійскому морю?..



Theseus. Vv. 906—907 (de Hippolyto):

hunc Graia tellus aluit an Taurus Scythes  
Colchusve Phasis?...

Вскормила ли его греческая земля, или  
скинскій Тавръ или колхидскій Фасидъ?...

Praeterea v. 697 Hippolytus Medeam «Colchidem novercam» nominat et v. 1135 commemoratur «Caucasus ingens».

## OEDIPVS.

## ЭДИПЪ.

V. 427—28 commemoratur «niveus Araxes».

Chorus. Vv. 469—70 et 478—482 (de Baccho).

laxavit victos arcus Geticasque sagittas  
lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.

...Ослабилъ побѣжденный лукъ и гет-  
скія стрѣлы Массагетъ, который смѣши-  
ваетъ въ чашахъ молоко съ кровью...

.....  
Ille dispersos domuit Gelonos,  
arma detraxit trucibus puellis.  
ore deiecto petiere terram  
Thermodontiacae catervae...

Онъ [т. е. Вакхъ] покорилъ разсѣян-  
ныхъ Гелоновъ, снялъ оружiе у свирѣ-  
пныхъ дѣвъ. Термодонтскія толпы пали  
лицомъ на землю...

## TROADES.

## ТРОЯНКИ.

Hecuba. Vv. 6—9, 12—13<sup>1)</sup>.

...columen eversum occidit  
pollentis Asiae, caelitum egregius labor;  
ad cuius arma venit et qui frigidum  
septena Tanain ora pandentem bibit  
et quae vagos vicina prospiciens Scythas  
ripam catervis Ponticam viduis ferit...

...Пала инспровергнутая твердыня мо-  
гущественной Азии, превосходный трудъ  
небожителей; къ ея оружiю пришелъ и  
тотъ, кто пьетъ холодный Танаидъ, изли-  
вающійся семью устьями, и та, которая,  
видя въ сосѣдствѣ кочующихъ Скиновъ,  
поражаетъ дѣвственными толпами Понтий-  
скій берегъ...

Chorus. Vv. 1034—38.

Questus est Hellen cecidisse Phrixus,  
cum gregis ductor radiante villo  
aureo fratrem simul ac sororem  
sustulit tergo medioque iactum  
fecit in ponto...

Оплакивалъ паденiе Геллы Фрикса,  
когда вожакъ стада съ лучистымъ золо-  
тымъ рупомъ подпалъ на спину вмѣстѣ  
брата и сестру и уронилъ ее среди моря...

Andromacha. Vv. 1104—6.

Quis Colchus hoc, quis sedis incertae Scytha  
conmisit? aut quae Caspium tangens mare  
gens iuris experts ausa?...

Какой Колхъ, какой Скинозъ, не имѣю-  
щiй опредѣленнаго жилища, совершилъ  
это? Или какое племя, соприкасающееся  
съ Каспiйскимъ моремъ и не знающее за-  
коновъ, осмѣлилось на это?...

1) post v. 9 inseruit 12, 13 Richter a Leone deletos.

## МЕДЕА.

## МЕДЕЯ.

V. 43—4 commemorantur «inhospitalis Caucasus» et Phasis.—V. 102 commemorantur «thalami Phasidis horridi». — V. 179 Creo Medeam compellat «Colchi noxium Aetæae genus». — V. 374 commemoratur «gelidus Araxes».

## Medea. Vv. 129—134.

...scelera te hortentur tua  
et cuncta redeant: inclitum regni decus  
raptum et nefandae virginis parvus comes  
divisus ense, funus ingestum patri  
sparsumque Ponto corpus et Peliae senis  
decocta aeno membra...

...Пусть тебя убѣдятъ твои злодѣянія,  
и все придетъ *на память*: похищеніе  
славнаго украшенія царства, разрѣзанный  
мечемъ маленькій спутникъ преступной  
дѣвы, приготовленныйя отду похороны,  
разбросанное у Понта тѣло и сваренные  
въ мѣдномъ котлѣ члены старца Пеліа...

## Medea. Vv. 209—216.

...quondam nobili fulsi patre  
avoque clarum Sole deduxi genus.  
Quodcumque placidis flexibus Phasis rigat  
Pontusque quicquid Scythicus a tergo videt,  
palustribus qua maria dulcescunt aquis,  
armata peltis quicquid exterret cohors  
inclusa ripis vidua Thermodontiis,  
hoc omne noster genitor imperio regit.

...Я пѣкогда была славна благороднымъ  
отцомъ и веду свой знаменитый родъ отъ  
дѣда — Солнца. Все, что Фасидъ орошаетъ  
своими плавными извилами, все, что  
Скѣпскій Понтъ видитъ въ тылу, гдѣ моря  
становятся прѣсѣе отъ болотныхъ водъ,  
и что устрашаетъ вооруженное пельтами  
дѣвственное войско, живущее на берегахъ  
Термодонта,— все это держать подъ своей  
властью нашъ родитель...

## Medea. Vv. 451—458, 466—476, 483—489 (ad Iasonem).

At quo remittis? Phasin et Colchos petam  
patriumque regnum quaeque fraternus cruor  
perfundit arva? quas peti terras iubes?  
quae maria monstras? Pontici fauces freti,  
per quas revexi nobilem regum manum,  
adulterum secuta per Symplegadas?  
parvamne Iolcon, Thessala an Tempe petam?  
quascumque aperui tibi vias, clausi mihi.

.....  
Revolvat animus igneos tauri halitus  
[interque saevos gentis indomitae metus  
armifero in arvo flammeum Aetæae pecus]  
hostisque subiti tela cum iussu meo  
terrigena miles mutua caede occidit;

451 Но куда ты меня отсылаешь? Идти ли  
мнѣ къ Фасиду и Колхамъ, въ отцовское  
царство и въ тѣ поля, которыя обогрла  
кровь брата? Въ какія земли удалиться  
повелѣваешь ты мнѣ? Какія моря указы-  
вашь? Устья Понтійскаго моря, черезъ  
которыя я провела обратно благородный  
458 отрядъ царей, послѣдовавъ за любовни-  
комъ черезъ Симплегады? Не идти ли мнѣ  
466 въ маленькій Іолкъ или въ тессалійскія  
Темпы? Я закрыла себѣ всѣ пути, кото-  
рыя открыла тебѣ.... Пусть умъ перебе-  
ретъ огненное дыханіе быка [и среди  
ужасныхъ страховъ дикаго народа на во-

adice expetita spolia Phrixei arietis  
 somnoque iussum lumina ignoto dare  
 insomne monstrum, traditum fratrem neci  
 et scelere in uno non semel factum scelus  
 ausasque natas fraude deceptas mea  
 secare membra non revicturi senis.  
 .....

Ex opibus illis, quas procul raptas Scythae 488  
 usque a perustis Indiae populis agunt,  
 quas quia referta vix domus gaza capit,  
 ornamus auro nemora, nil exul tuli  
 nisi fratris artus: hos quoque impendi tibi,  
 tibi patria cessit, tibi pater, frater, pudor—  
 hac dote nupsi. redde fugienti sua.

оруженномъ полѣ пламенный скотъ Эпта] и оружіе внезапнаго врага, когда по моему повелѣнію рожденные землею войны погибли отъ взаимныхъ убійствъ. Прибавь, какъ было украдено сокровище Фриксова барапа, какъ неусыпному чудовищу было повелѣно смежить свои очи пелѣдомымъ сномъ, какъ братъ былъ преданъ смерти и въ одномъ злодѣяніи не однажды совершено злодѣяніе, *наконецъ* какъ дочери, обманутыя мопъ коварствомъ, дерзнули разсѣчь члены старца, которому не суждено было жить...

Изъ того имущества, которое Скенон похищаютъ издалека и везутъ даже отъ обоженныхъ *солнцемъ* пародовъ Индіи и которое едва можетъ вмѣститъ наполненный сокровищами домъ, — такъ что мы украшаемъ золотомъ рощи, — я ничего не унесла въ изгнаніе, кромѣ членовъ брата, да и тѣ подарила тебѣ; для тебя бросила я родину, отца, брата, стыдъ — вотъ съ каимиъ приданымъ я вступила въ бракъ. Отдай бѣгавкѣ ея *имущество!*

Vv. 710—712 nutrix dicit Medeam con-  
 legisse venena  
 Quaecumque generat inivius saxis Eryx,  
 quae fert opertis hieme perpetua iugis  
 sparsus cruore Caucasus Promethei....

Въ ст. 709—710 кормилица говоритъ, что Медея собрала яды, «какіе только родить на скалахъ непроходимый Ерыкъ, какіе производятъ на покрытыхъ вѣчною зною утесахъ Кавказъ, окропленный кровью Прометея»....

## AGAMEMNO.

## АГАМЕМНОНЪ.

Chorus. Vv. 64—72.

Non sic Libycis syrtibus aequor  
 furit alternos volvere fluctus,  
 non Euxini turget ab imis  
 commota vadis  
 unda nivali vicina polo,  
 ubi caeruleis immunis aquis  
 lucida versat plaustra Bootes,  
 ut praecipites regum casus  
 Fortuna rotat...

Не такъ яростно въ ливійскихъ Сир-  
 65 тахъ море катитъ перемежные волны, не такъ вздымается близкая къ спѣжному полюсу волна Евксина, поднятая съ самаго дна, когда неомываемый голубыми водами Волопасъ вращаетъ блестящія по-  
 70 возки, какъ рокъ испровергаетъ стремглавъ счастье царей...

V. 475: *iussas* codd., corr. N. Heinsius.

V. 485: *gazar* codd.; corr. de Willamowitz.

V. 119—120 in Clytemestrae oratione commemoratur «ardens impia virgo face, Phasiaca fugiens regna Thessalica trabe» (scil. Medea).—V. 217—8 a nutrice commemoratur «picta pharetras et securigera manu peltata Amazon» (scil. Penthesilea).—V. 678—9 commemoratur «clarus niveos inter olores Histrum cyncus Tanainque colens».

## HERCVLES [OETAEVVS].

## ГЕРКУЛЕСЬ [ЭТЕЙСКІЙ].

Chorus. Vv. 143—146 et 156—158.

Quae cautes Scythiae, quis genuit lapis?  
num Titana ferum te Rhodope tulit,  
te praeruptus Athos, te fera Caspias,  
quae virgata tibi praebuit ubera?

Какая скала Скепей, какой камень по-  
родилъ *тебя*? Не Родопа ли припесла  
тебя, жестокаго Титана, или обрывистый  
Аѳонъ, или каспійскій звѣрь, который  
вскормилъ тебя полосатыми сосцами?...  
156

Non illum poterant figere cuspides,  
non arcus Scythica tensus harundine,  
non quae tela gerit Sarmata frigidus...

Его не могли пронзить ни копыя, ни  
лукъ, натянутый скпеской стрѣлой, ни  
оружіе, которое носить холодный Сар-  
матъ...

Deianira. Vv. 335—338.

...ante ab occasu dies  
nascetur, Indos ante glacialis polus  
Scythasve tepida Phoebus inficiet rota,  
quam me relictam Thessalae aspiciant nurus.

...Раньше родится день съ заката,  
раньше *коснется* Индовъ ледяной полюсъ  
или Фебъ коснется Скеповъ теплымъ ко-  
лесомъ, чѣмъ ѳессалійскія жены увидятъ  
меня покинутою...

Chorus. Vv. 621—3.

Cupit hic gazis implere famem  
nec tamen omnis plaga gemmiferi  
sufficit Histri...

Онъ желаетъ удовлетворить свою  
страсть сокровищами, но ему не доста-  
точно всей страны богатаго драгоцѣнными  
камнями Истра...

Hercules. Vv. 1377—82.

Si me catenis horridus vinctum suis  
praeberet avidae Caucasus volucris dapem,  
Scythia gemente flebilis gemitus mihi  
non extitisset; si vagae Symplegades  
utraque premerent rupe, redeuntis minas  
ferrem ruinae...

Если бы ужасный Кавказъ сковалъ  
меня своими цѣпями и отдалъ въ пищу  
жадной птицѣ, то среди стеновъ Скепей у  
меня не вырвалось бы плачевнаго стопа;  
если бы пловучія Симплегады давили  
*меня* обѣими скалами, то я перенесъ бы  
угрозы возвращающихся разрушительныхъ  
скалъ...

Hercules dicit v. 21 «hostisque traxi spolia Thermodontiae» et v. 40 «me sensit ursae frigidum Scythicae genus».—V. 86 commemorantur Hister et Tanais.

V. 465 Deianira commemorat «quas Pontus herbas generat». — V. 819 commemoratur «harundo Getica», v. 1184-5 «Scythico sub axe genita Amazona», v. 1251 «sub axe frigido pontus Scythes».

V. 1450-1 Hercules commemorat se domuisse amazonium malum circa nivalis Caucasi latus.

INCERTI  
OCTAVIA.

НЕИЗВѢСТНАГО АВТОРА  
ОКТАВІЯ.

[Эта трагедія дошла до насъ съ именемъ философа Сенеки, но не можетъ принадлежать ему, такъ какъ, судя по нѣкоторымъ даннымъ, написана уже послѣ смерти Нерона, а Сенека умеръ тремя годами раньше его. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. II, p. 60].

Chorus. Vv. 979—83.

Urbe est nostra mitior Aulis  
et Taurorum barbara tellus:  
hospitis illic caede litatur  
numen superum;  
civis gaudet Roma cruore.

Авлида и варварская земля Тавровъ  
кротче нашего города: тамъ вышнее бо-  
жество уничивается убіеніемъ чуже-  
земца, а Римъ унивается кровью гражда-  
нина ...

M. ANNAEVS LVCANVS.

М. АННЭЙ ЛУКАНЪ.

[Извѣстный поэтъ, племянникъ философа Сенеки, род. 3 ноября 99 г. по Р. Хр., ум. 30 апрѣля 65 г., присужденный къ смерти за участіе въ Пизоновомъ заговорѣ противъ Нерона. Кромѣ нѣсколькихъ не сохранившихся произведеній, ему принадлежитъ эпическая поэма «Pharsalia» или «De bello civili» въ 10 книгахъ, описывающая междоусобную войну Цезаря съ Помпеемъ.— Текстъ: M. Annaei Lucani De bello civili libri decem. Ed. Car. Novius. Lips. Teubn. 1892].

DE BELLO CIVILI LIBRI DECEM. О ГРАЖДАНСКОЙ ВОЙНѢ 10 КНИГЪ.

Lib. I, vv. 13—20.

Neu, quantum terrae potuit pelagique parari  
Hoc quem civiles hauserunt sanguine dextrae!  
Unde venit Titan, et nox ubi sidera condit  
Quaque dies medius flagrantibus aestuat  
horis,  
Et qua bruma rigens ac nescia vere remitti  
Astringit Scythico glaciale frigore pontum;  
Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset  
Агахес  
Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.

Увы, какое пространство земли и моря  
могло бы быть приобрѣтено той кровью,  
которую поглотили гражданскія войны!  
Моли бы были приобрѣтены мѣста,  
откуда восходитъ солнце, и гдѣ ночь  
скрываетъ звѣзды, и гдѣ полдень дышетъ  
зноемъ въ жгучіе часы, и гдѣ суровая  
зима, не смягчающаяся весной, сковы-  
ваетъ Скиѣскимъ холодомъ льдистое море.  
Уже подпали бы подъ *наше* иго Серы и  
варварскій Араксъ, и если какой народъ  
живетъ у истоковъ Нила...

Vv. 336—7 commemorantur «classi Pontica regis proelia barbarico vix consummata veneno» (Понтійскія битвы съ утомленнымъ царемъ, едва оконченныя варварскимъ ядомъ), scil. bella a Pompeio contra Mithridatem VI gesta.

V. 429—30 commemorantur Vangiones <sup>1)</sup>, «qui te Iaxis imitantur, Sarmata, brasis» (Вангионы, которые подобно тебѣ, Сарматы, носятъ широкіе штаны).

V. 446 commemoratur Taranis (dei Gallici) «Scythicae non mitior ara Dianae» (алтарь Тарана, не богѣе кроткій, чѣмъ алтарь Скинской Діаны).

Lib. II, vv. 45—55 (militum querellae):

‘O miserae sortis, quod non in Punica nati  
Tempora Cannarum fuimus Trebiaeque iu-  
ventus!  
Non pacem petimus, superi, date gentibus  
iras,  
Nunc urbes excite feras, coniuret in arma  
Mundus, Achaemeniis decurrant Medica  
Susis  
Agmina, Massageten Scythicus non adliget  
Hister,  
Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos  
Albis et indomitum Rheni caput; omnibus  
hostes  
Reddite nos populis: civile avertite bellum.  
Hinc Dacus, premat inde Getes; occurrat  
Hiberis  
Alter, ad coas hic vertat signa pharetras.  
Nulla vacet tibi, Roma, manus...

«О несчастная судьба, что мы не ро-  
дились во времена Пуническихъ войнъ и  
не были молодежью Каннъ и Требиа! Мы  
не мира просимъ, боги: внушите гнѣвъ  
народамъ, возбудите нинѣ дикіе города,  
пусть *весь* міръ оговорится воевать про-  
тивъ насъ, пусть Мидійскія полчища сбѣ-  
гутъ изъ Ахеменийскихъ Сусъ, пусть не  
связываетъ Массагета Скинской Истръ,  
пусть Эльба и непокорная голова Рейна  
выпустятъ съ крайняго сѣвера бѣлоку-  
рыхъ Свевовъ. Сдѣлайте насъ врагами  
всѣхъ народовъ, *только* отведите гра-  
жданскую войну! Пусть отсюда тѣснитъ  
насъ Дакіецъ, оттуда Гетъ; пусть одинъ  
борется съ Иберами, другой обратитъ  
знамена противъ восточныхъ колчановъ.  
Пусть ни одинъ отрядъ твой, Римъ, не  
останется свободнымъ...».

V. 296 commemorantur Dahae et Getae.

Lib. II, vv. 418—420.

Non minor hic <sup>2)</sup> Histro, nisi quod, dum  
permeat orbem,  
Hister casuros in quaelibet aequora fontes  
Accipit et Scythicas exit non solus in undas.

Ериданъ не менѣе Истра, за исключе-  
ніемъ того, что Истръ въ своемъ теченіи  
по вселивной принимаетъ источники, *то-  
тосме* впадать въ какія угодно моря, и не  
одинъ изливается въ Скинскія воины.

1) «Vangiones qui in Rheni insula habitabant». Schol. Bernensis. Cf. Tac. *Germ.* 28, *Hist.* 4, 70, *Ann.* 12, 27.

2) Scil. Eridanus.

Lib. II, vv. 552—558.

...Parthorum utinam post praelia sospes  
Et Scythicis Crassus victor remeasset ab  
oris...

...О еслибы Крассъ возвратился не-  
вреднымъ послѣ Парянскихъ битвъ и  
побѣдителемъ со Скискихъ береговъ...

Lib. II, vv. 580—586 et 590—595 (Pompei verba):

'Idem per Scythici profugum divortia ponti  
Indomitum regem Romanaque fata moran-  
tem

Ad mortem Sulla felicior ire coegi.  
Pars mundi mihi nulla vacat; sed tota te-  
netur

Terra meis, quocumque iacet sub sole, tro-  
paeis:

Hinc me victorem gelidas ad Phasidos undas  
Arctos habet...

Me domitus cognovit Arabs, me Marte fe-  
ros

Heniochi notique erepto vellere Colchi.  
Cappadoces mea signa timent et dedita sa-  
cris

Incerti Iudaea dei mollisque Sophene.  
Armenios Cilicasque feros Taurosque subegi.  
Quod socero bellum praeter civile reliqui?

«...Я же, болѣе счастливый, чѣмъ Сулла,  
принудилъ идти на смерть непокорнаго  
царя, бѣжавшаго по распутиямъ Скискаго  
понта и замедлявшаго судьбы Рима. Ни  
одна часть свѣта не закрыта для меня;  
вся земля, подъ какимъ бы солнцемъ ни  
лежала, занята моими трофеями: съ одной  
стороны сѣверъ видѣлъ мои побѣды [досл.  
имѣеть меня побѣдителемъ] до ледяныхъ  
волнъ Фасида... Меня узналъ покоренный  
Арабъ, узнали воинственные Инюхи и  
извѣстные похищеніемъ руна Колхи. Мо-  
ихъ знаменъ боятся Каппадокійцы, пре-  
данная служенію невѣдомаго Воа Іудея и  
изпѣженная Софена. Я покорилъ Армен-  
цевъ, свирѣпыхъ Киликійцевъ и Тавровъ.  
Какую же войну оставилъ я тестю, кромѣ  
гражданской?»

Lib. II, vv. 637—641 (Pompei verba ad filium).

...Nec Pharnacis arma relinquas,  
Admoneo, nec tu populos utraque vagantis  
Armenia Pontique feras per littora gentis  
Riphaeasque manus et quas tenet aequore  
denso  
Pigra palus Scythici patiens Maeotia plau-  
stri.

...Напоминаю тебѣ, не покидай войны  
съ Фарнакомъ, не забывай народовъ, ко-  
чующихъ по обѣимъ Арменіямъ, дикія  
племена по берегамъ Понта, Рифейскіе  
отряды и тѣ, которые держатъ на *своей*  
застывшей поверхности гнѣвное Мэотій-  
ское болото, терпѣливо переносящее Ски-  
скія повозки...

Lib. II v. 715 commemoratur in comparatione «Pagasaea ratis» (scil. Argo), quae  
petiit «Phasidos undas».

Lib. III v. 86 commemorantur Dianae Scythicae regna (scil. cultus) in Italia. —  
V. 94 commemoratur «Sarmata velox» et v. 95 «Dacis Getes admixtus». — V. 193 comm.  
«rudis Argo».

Lib. III, vv. 199—202<sup>1)</sup>.

Deseritur Strymon tepido committere Nilo  
Bistonias consuetus aves et barbara Cone,

...Покидается Стримонъ, обычно посы-  
лающій бистонскихъ птицъ на теплый

1) Recensentur urbes et gentes, quae a Pompei partibus steterunt.

Sarmaticas ubi perdit aquas sparsamque  
 profundo  
 Multifidi Peucen unum caput adluit Histri...

Нилъ, и варварская Бона, гдѣ одна голова  
 многорукавнаго Истра терзаетъ Сармат-  
 скія воды и глубоко омываетъ обрызгива-  
 емую моремъ Певку...

Lib. III, vv. 266—283.

...Tinxere sagittas  
 Errantes Scythiae populi, quos gurgite  
 Bactros  
 Includit gelido vastisque Hyrcania silvis.  
 Hinc Lacedaemoni, moto gens aspera freno,  
 Heniochi saevisque adfinis Sarmata Moschis,  
 Colchorum qua rura secat ditissima Phasis,  
 Qua Croeso fatalis Halys, qua vertice lapsus  
 Riphaeo Tanais diversi nomina mundi  
 Imposuit ripis Asiaeque et terminus idem  
 Europae mediae dirimens confinia terrae  
 Nunc huc, nunc illuc, qua flectitur, ampliat  
 orbem;  
 Quaque fretum torrens Maeotidos egerit  
 undas  
 Pontus, et Herculeis aufertur gloria metis  
 Oceanumque negant solas admittere Gades.  
 Hinc Essedoniae gentes auroque ligatas  
 Substringens, Arimaspe, comas; hinc fortis  
 Arius  
 Longaque Sarmatici solvens leiunia belli  
 Massagetes, quo fugit, equo volucresque  
 Geloni.

...[Въ войскѣ Помпея] окунули въ ядъ  
 свои стрѣлы кочующіе народы Скиѣи, ко-  
 торыхъ ограничиваетъ ледяною бездною  
 Бактръ и обширными лѣсами Иреваніа. За-  
 тѣмъ Лакедэмонскіе Иніохи, племя страш-  
 ное быстрой ѣздой, и Сарматы, сосѣдъ  
 свирѣпныхъ Московъ, *живущихъ тамъ*,  
 гдѣ Фасидъ разсѣкаетъ богатѣйшія нивы  
 Колховъ, гдѣ *течетъ* роковой для Креза  
 Аліи, гдѣ ниспадающій съ Рифейской вер-  
 шинны Танаидъ даетъ своимъ берегамъ  
 имена разныхъ частей свѣта и, служа  
 границею Азіи и Европы, раздѣляетъ со-  
 предѣльные части материка и своими  
 изгибами увеличиваетъ то одну, то другую  
 часть свѣта; гдѣ шумный проливъ Понта  
 выводитъ волны Мэотиды, и отнимается  
 слава у Геркулесовыхъ предѣловъ, и отри-  
 цается, что Океанъ допускаетъ одинъ Га-  
 десь. Отсюда *явилась* племена Есседон-  
 скія и ты, Аримаспъ, подвязывающій во-  
 лосы золотныя повязками; отсюда храб-  
 рый Ариецъ, и Массагетъ, облегчающій  
 долгій постъ Сарматской войны *при по-  
 мощи того самую* коня, на которомъ  
*раньше* скакалъ, и летучіе Гелоны...

Lib. IV v. 118 commemorantur «Riphaeae nives» et v. 119 «pigrae paludes», scil. Maeotis.

Lib. IV, vv. 552—556 (in comparatione):

Phasidos et campis insomni dente creati  
 Terrigenae missa magicis e cantibus ira  
 Cognato tantos impleverunt sanguine sulcos,  
 Ipsaque, inexpertis quod primum fecerat  
 herbis,  
 Expravit Medea nefas...

...Такія борозды наполнили родствен-  
 ной кровью на поляхъ Фасида земнород-  
 ные, пронесенныя изъ зубовъ неуспѣшнаго  
*дракона*, подъ вліяніемъ внушеннаго маги-  
 ческими заклинаніями гѣва, и сама Ме-  
 дея ужаснулась злодѣянія, которое совер-  
 шила впервые при помощи неиспытанныхъ  
 зелий...



Lib. V v. 28 commemoratur «*plaustrum glaciale Hyperboreae Urcae*» (ледяная повозка Иаерборейской Медвѣдницы, т. е. созвѣдіе Большой Медвѣдницы).

Lib. V, vv. 436—446 (in comparatione):

Sic stat iners Scythicas astringens Bosphoros  
 undas,  
 Cum glacie retinente fretum non inpulit  
 Hister,  
 Immensumque gelu tegitur mare; comprimit  
 unda,  
 Deprendit quascumque rates, nec pervia  
 velis  
 Aequora frangit eques, fluctuque latente  
 sonantem  
 Orbita migrantis scindit Maeotida Bessi.  
 Saeva quies pelagi maestoque ignava pro-  
 fundo  
 Stagna tacentis aquae, veluti deserta rigente  
 Aequora natura cessant, Pontusque vetustas  
 Oblitus servare vices non commeat aestu,  
 Non horrore tremit, non solis imagine vi-  
 brat.

...Такъ стоитъ недвижный Веспоръ, сковывающій Скиескія воды, когда удерживаемый морозомъ Истръ не приводитъ въ движеніе пространство водъ и безбрежное море кроется льдомъ; вода сжимаетъ всѣ суда, которыя захватитъ, всадникъ проѣзжаетъ по недоступной для парусовъ поверхности моря, и колея кочующаго Бесса разсѣкаетъ Маотиду, звучащую скрытыми волнами. На морѣ царитъ суровый покой, лѣнливо стоятъ пространства молчащей воды въ печальныхъ безднахъ, моря стоятъ, какъ пустыни, когда все въ природѣ свѣвало льдомъ, и Понтъ, забывъ свои старыя привычки, не движется отъ волненія, не тремещетъ отъ бури, не переливается *подъ* отраженіемъ солнца...

Lib. V v. 608 comm. «*Scythici rabies aquilonis*». — Lib. VI v. 325 comm. «*extremus Scythici frigoris orbis*».

Lib. VI, vv. 400—401.

Prima fretum scindens Pagasaeo littore pi-  
 nus<sup>1)</sup>  
 Terrenum ignotas hominem proiecit in  
 undas.

...Впервые сосна, разсѣкая море отъ Пагасейскаго берега, бросила живущаго на землѣ человѣка на невѣдомыя волны...

Lib. VI, v. 441 comm. «*hospita Colchis*», scil. Medea. — Ibid. v. 478 comm. «*Scythicae nives*».

Lib. VII, vv. 427—436.

...Нас luce cruenta  
 Effectum, ut Latios non horreat India faeces,  
 Nec vetitos errare Dahas in moenia ducat  
 Sarmaticumque premat succinctus consul  
 aratrum,  
 Quod semper saevas debet tibi<sup>2)</sup> Parthia  
 roenas,

...Слѣдствіемъ этого кроваваго дня было то, что Индія не дрожитъ отъ страха предъ Латинскими легионами, что консулъ не вводитъ въ городскія стѣны Даговъ, получившихъ запрещеніе кочевать, и не нажимаетъ, подносясь, сарматскаго плуга; что свирѣлая Парсія доселѣ не на-

1) Scil. Argo.

2) Scil. Romae.

Quod fugiens civile nefas redituraque numquam  
 Libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit  
 Ac totiens nobis iugulo quaesita <sup>1)</sup> vagatur,  
 Germanum Scythicumque bonum, nec respicit ultra  
ris vinctum<sup>1)</sup> memoravi, monente Claudio in regnum remeavit, fisis Pharasmanis opibus. Is rex Hiberis idemque Mithridatis frater<sup>2)</sup> nuntiabat discordare Parthos summaque imperii ambigua minora sine cura haberi. Nam Gotarzes<sup>3)</sup> inter pleraque saeva necem fratri Artabano coniugique ac filio eius paraverat; unde metus in ceteros, et accivere Vardanem. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria milia stadiorum invadit ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat; neque cunctatur, quin proximas praefecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis quam ex usu praesenti accensus, implicatur obsidione urbis validae et munimentis obiecti amnis muroque et commeatibus firmatae. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat; coactusque Vardanes omittit Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit.

9. Tunc distractis Orientis viribus et, quonam inclinarent, incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excindenda castellorum ardua, simul Hiberi exercitu campos persultante. Nec enim restitere Armenii, fuso, qui proelium ausus erat, Demonacte praefecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein litteris Caesaris coercitus, et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorum, quam novo regno eonderet...

Арменіей и былъ заключенъ въ оковы [по повелѣнію] Гая Кесаря, возвратился по совѣту Клавдія въ свое царство, полагаясь на помощь Фарасмана. Этотъ царь Иверскій, братъ Миеридата, увѣдомлялъ его, что у Пароявъ происходятъ усобицы и при колебаніяхъ верховной власти менѣе важныя дѣла оставлены безъ вниманія. Дѣло въ томъ, что Готарзъ въ числѣ множества другихъ жестокостей устроилъ гибель брату своему Артабану съ его женою и сыномъ. Это навело страхъ на другихъ, и они призвали Вардана. Послѣдній, какъ человѣкъ скорый на важныя и смѣлыя предпріятія, въ два дня проходитъ 3000 стадій и прогоняетъ ничею не знавшаго и перепуганнаго Готарза, затѣмъ, не теряя времени, завладѣваетъ ближайшими провинціями, причеъ одни лишь Селевкіицы отказали ему въ повиновеніи. Такъ какъ они были землѣниками и его отцу, то онъ воспылалъ на нихъ гнѣвомъ сильнѣе, чѣмъ слѣдовало при данныхъ обстоятельствахъ, и связалъ себя осадюю города сильнаго, защищаемаго рѣкою и стѣною и снабженнаго запасами. Между тѣмъ Готарзъ, подкрѣпленный силами Даговъ и Иранцевъ, возобновляетъ войну, и Варданъ, вынужденный снѣтъ осадѣ Селевкіи, перенесъ свой лагерь на равнины Бактріи.

9. Теперь, когда силы Востока были развлечены и неизвѣстно было, куда онѣ склонятся, Миеридату представился случай занять Армению, причеъ сила Римскаго войска была употреблена на уничтоженіе горныхъ укрѣпленій, а Иверское войско одновременно рыскало по равнинамъ. Впрочемъ Арменцы и не оказали сопротивленія послѣ пораженія воеводы Димонакта, который отважился на сраженіе. Небольшое промедленіе причинилъ царь Малой Арменіи Котисъ, къ которому обратились нѣкоторые изъ вельможъ; но потомъ онъ былъ удержанъ письмомъ Кесаря, и все подчинилось Миеридату, хотя онъ оказался болѣе суровымъ, чѣмъ приличествовало новому правителю...

1) Mithridatem a Caio Caligula vinctum esse Tacitus narravit in ea *Annalium* parte, quam temporis iniuria periisse dolemus. Narrant hoc etiam Cass. Dio LX, 8 (v. vol. I p. 622) et Seneca *De tr. an.* XI, 12 (v. supra p. 139). 2) Cf. *Ann.* VI, 32 (supra, p. 234). 3) Artabani filius, Vardanis frater.

XII, 15. At Mithridates Bosporanus <sup>1)</sup> amissis opibus vagus, postquam Didium, ducem Romanum, roburque exercitus abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila, equite Romano, spretis utrisque concire nationes, illicere perfugas: postremo exercitu coacto regem Dandardarum exturbat imperioque eius potitur. Quae ubi cognita et iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines, Siracorum rex, hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quaesivere missis legatis ad Eunones, qui Aorsorum genti praesidebat. Nec fuit in arduo societas potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostendantibus. Igitur pepigere, equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani caperent.

16. Tunc composito agmine incedunt; cuius frontem et terga Aorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis. Sic pulsus hostis, ventumque Sozam oppidum Dandaricae, quod desertum a Mithridate ob ambiguos popularium animos, obtineri relicto ibi praesidio visum. Exim in Siracos pergunt, et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Uspen, editam loco et moenibus ac fossis munitam, nisi quod moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum inrum-pentes invalida erant, eductaeque altius turres facibus atque hastis turbabant obsessos. Ac ni proelium nox diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

XII, 15. Когда Мнеридать Воспорскій <sup>1)</sup>, послѣ потери своихъ владѣній блуждавшій по разнымъ мѣстамъ, узнавъ, что римскій полководецъ Дидій съ главными своими силами удаленъ, а въ новомъ царствѣ остались молодой и неопытный Котисъ и немногія когорты надѣ начальствомъ римскаго всадника Юлія Аквилы, то, презирая того и другого, сталъ подстрецать *окрестныя* племена и приванивать перебѣжчиковъ; наконецъ, собравъ войско, онъ изгоняетъ царя Дандаридовъ, и захватываетъ его царство. Когда это стало извѣстно, и нападеніе *Миеридата* на Воспоръ ожидалось съ часу на часъ, то Аквила и Котисъ, не надѣясь на собственные силы, потому что царь Сираковъ Зорсинъ возобновилъ враждебныя къ *нимъ отношенія*, также стали искать помощи извнѣ и съ *этой цѣлью* отправили пословъ къ Евнону, стоявшему во главѣ племени Аорсовъ. Не трудно было склонить его къ союзу, указывая на Римское могущество въ противоположность мятежнику Мнеридату. Итакъ было условлено, что Евнонъ будетъ дѣйствовать конницею, а Римляне возьмутъ на себя осаду городовъ.

16. Затѣмъ они выступаютъ правильнымъ строемъ, фронтъ и тылъ котораго занимали Аорсы, центръ — *римскія* когорты и Воспоранцы, вооруженные по нашему. Они прогнали неприятеля и вступили въ Дандаридскій городъ Сосу, покинутый Мнеридатомъ по причинѣ ненадежнаго настроенія его жителей; рѣшено было занять его и оставить гарнизонъ. Отсюда идутъ далѣе на Сираковъ и, перейдя рѣку Панду, окружаютъ городъ Успу, расположенный на возвышенности и укрѣпленный стѣнами и рвами; впрочемъ, стѣны его, построенныя не изъ камня, а изъ плетней и прутьевъ съ насыпанною между ними землею, представляли слабую защиту противъ нападеній. *Осаждающіе*, выведя выше стѣны башни, *бросаемими съ нихъ* факелами и копьями приводили въ смятеніе осаждаемыхъ, и еслибы ночь не прекратила сраженія, то ваятіе города было бы начато и покончено въ одинъ день.

1) De Mithridate v. Cass. Dio LX, 8. Tacitus de eo narrabat in parte *Annalium* deperdita. Ea, quae hic narrantur, gesta sunt a. 49 p. Chr.

• 17. Postero misere legatos, veniam liberis corporibus orantes: servitii decem milia offerebant. Quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: belli potius iure caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum caedis. Excidio Uspensium metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cum arma munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes iuxta perumprentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret, postquam praevaluit gentilis utilitas, datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit, magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem tridui itinere afuisse ab amne Tanai constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam (quippe mari remeabant) in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, praefecto cohortis et plerisque auxiliarium interfectis.

18. Interea Mithridates, nullo in armis subsidio, consultat, cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis metuebatur: Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. Ad Eunonen convertit, propriis odiis non infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu vultuque quam maxime ad praesentem fortunam comparato regiam ingreditur, genibusque eius provolutus, Mithridates, inquit, terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum: utere, ut voles, prole magni Achaemenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.

17. На слѣдующій день осажденные прислали посольство съ просьбою пощадить свободныхъ гражданъ, предлагая за это десять тысячъ рабовъ. Побѣдители отвергли это предложение, потому что избивать сдавшихся считали безчеловѣчнымъ, а конвоировать такую массу людей — труднымъ; поэтому *рѣшили*, чтобы они лучше пали по праву войны, и солдатамъ, взобравшимся уже по лѣстницамъ, былъ поданъ сигналъ къ рѣзнѣ. Избѣженіемъ Успійцевъ былъ внушенъ страхъ остальнымъ, которые уже ни въ чемъ не видѣли безопасности, коль скоро сила оружія, укрѣпленія, загражденныя или возвышенныя мѣстности, рѣки и города не останавливаютъ побѣдителей. Зорсинъ долго думалъ о томъ, слѣдуетъ ли заботиться о Мнѣридатѣ въ его крайнемъ положеніи, или о родномъ царствѣ; наконецъ, когда одержала верхъ польза его племени, онъ далъ заложниковъ и палъ ницъ предъ изображеніемъ Кесаря къ великой славѣ римскаго войска, которое, одержавъ безкровную побѣду, какъ стало извѣстно, находилось на разстояніи трехъ дней пути отъ рѣки Танаида. Но при возвращеніи счастіе *намъ* измѣнило: нѣкоторые изъ судовъ (войска возвращались моремъ) были отнесены къ берегамъ Тавровъ и захвачены варварами, причемъ были убиты начальникъ когорты и большинство людей вспомогательнаго отряда.

18. Между тѣмъ Мнѣридатъ, не видя никакой помощи въ оружіи, сталъ раздумывать о томъ, къ чьему милосердію прибѣгнуть. Брата Котиса, давно ему измѣнившаго и потомъ сдѣлавшагося врагомъ, онъ боялся; а среди Римлянъ никого не было съ такимъ значеніемъ, чтобы его обѣщанія могли имѣть большую цѣну. Поэтому онъ обратился къ Евнону, который не питалъ къ нему личной ненависти и былъ силенъ недавно заключенной съ вами дружбой. Итакъ, надѣвъ плащъ и *принявъ* видъ, наиболее подходившіе къ его положенію, онъ входитъ во дворецъ *Евнона* и, припавъ къ его колѣнамъ, говоритъ: «Мнѣридатъ, котораго Римляне столько лѣтъ ищутъ на сушѣ и на морѣ, является къ тебѣ добровольно. Поступай, какъ тебѣ угодно, съ потомкомъ великаго Ахемена; это — одно, чего не отняли у меня враги».

19. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus, adlevat supplicem laudatque, quod gentem Aorsorum, quod suam dextram petendae veniae delegerit; simul legatos litterasque ad Caesarem in hunc modum mittit. Populi Romani imperatoribus, magnarum nationum regibus primam ex similitudine fortunae amicitiam, sibi et Claudio etiam communionem victoriae esse. Bello- rum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur. Sic Zorsini victo nihil ereptam: pro Mithridate, quando gravius mereretur, non potentiam neque regnum precari, sed ne triumpharetur neve poenas capite expenderet.

20. At Claudius, quamquam nobilitatis externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum pacto salutis an repetere armis rectius foret. Huc dolor iniuriarum et libido vindictae adigebat: sed disserebatur contra suscipi bellum avio itinere, inportuoso mari; ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egenum, taedium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem ac multum infamiae, si pellerentur. Quin arriperet oblata et servaret exulem; cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore. His permotus scripsit Eunoni meritum quidem novissima exempla Mithridaten, nec sibi vim ad exequendum deesse: verum ita maioribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum: nam triumphos de populis regnisque integris acquiri.

21. Traditus posthac Mithridates vectusque Romam per Iunium Cilonem, procu-

19. Евнонь, тронутый его знаменитостью, превратностью судьбы и полною достоинства просьбою, поднимаетъ его съ колѣнъ и хвалитъ за то, что именно народъ Аорсовъ и его, *Еунона*, руку избралъ онъ для испрошенія *себѣ* милости. Тутъ же отправляетъ онъ къ Кесарю послать съ письмомъ, въ которомъ писалъ, что прежде всего сходство положеній порождаетъ дружбу императоровъ Римскаго народа съ царями великихъ племенъ, а съ Клавдіемъ, кромѣ того, его соединяетъ общность побѣды. Лучшей конецъ войны бываетъ тотъ, когда она завершается прощеніемъ: такъ ничто не отнято у побѣжденнаго Зорсинна; для Мнеридата, провинившагося сильнѣе, онъ не проситъ ни власти, ни царства, а *только* того, чтобы его не вели въ триумфальномъ шествіи и не предали смертной казни.

20. Клавдій, хотя *вообще* снисходительный къ знатымъ чужестранцамъ, задумался надъ вопросомъ, правильнѣе ли принять *Мнеридата* какъ плѣннаго подъ условіемъ прощенія, или требовать *его* выдачи оружіемъ. Въ пользу втораго рѣшенія склоняла его горечь оскорбленій и жажда мести; но съ другой стороны являлись соображенія, что войну пришлось бы вести въ мѣстностяхъ бездорожныхъ, на морѣ безъ гаваней; къ тому же цари тамъ воинственны, народы кочевые, почва бесплодна; медленность можетъ возбудить недовольство, а поспѣшность — вовлечь въ опасности; не велика будетъ слава въ случаѣ побѣды, но великъ позоръ въ случаѣ неудачи. Поэтому лучше взять предложенное и спасти изгнанника, для котораго при его несчастномъ положеніи чѣмъ дольше будетъ жизнь, тѣмъ больше наказаніе. По этимъ соображеніямъ *Клавдій* написалъ Евнону, что хотя Мнеридатъ заслужилъ самое тяжкое наказаніе, и у него нѣтъ недостатка въ силахъ, чтобы привести *это наказаніе* въ исполненіе, но предками заповѣдано, что съ какими упорствомъ слѣдуетъ дѣйствовать противъ враговъ, съ такою же милостью *относиться* къ молящимъ о пощадѣ; ибо получать триумфы можно только надъ народами и царствами дѣльными (т. е. не покоренными раньше).

21. Послѣ этого Мнеридатъ былъ выданъ и привезенъ въ Римъ прокураторомъ

ratores Ponti, ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem ferebatur, elataque vox eius in vulgum hisce verbis: Non sum remissus ad te, sed reversus; vel si non credis, dimitte et quaere. Vultu quoque interrito permansit, cum rostra iuxta, custodibus circumdatus, visui populo praeberetur<sup>1)</sup>. Consularia insignia Ciloni, Aquilae praetoria decernuntur.

44. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologaes imperitabat, materna origine ex paelice Graeca, concessu fratrum regnum adeptus: Hiberos Pharasmanes vetusta possessione, Armenios frater eius Mithridates obtinebat opibus nostris. Erat Pharasmanis filius nomine Radamistus, decora proceritate, vi corporis insignis et patrias artes edoctus, claraque inter accolae fama. Is modicum Iberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat, quam ut cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iuvenem potentiae properum et studio popularium accinctum vergentibus iam annis suis metuens, aliam ad spem trahere et Armeniam ostentare, pulsus Parthis datam Mithridati a semet memorando; sed vim differendam, et potiore dolum, quo incautum opprimerent. Ita Radamistus simulata adversus partem discordia, tamquam novercae odiis impar, pergat ad patrum; multaque ab eo comitate in speciem liberum cultus primores Armeniorum ad res novas illicit, ignaro et ornante insuper Mithridate.

Понта Юніемъ Килономъ; передъ Кесаремъ онъ какъ говорили, держалъ рѣчь смѣлѣе, чѣмъ дозволяло его положеніе; его слово распространилось въ народѣ въ слѣдующемъ видѣ: «Я не присланъ къ тебѣ, а возвратился самъ; если не вѣришь, то отпусти меня и ищи». Онъ сохранилъ неустрашимый видъ и тогда, когда былъ выставленъ возлѣ каедры на зрѣлище народу, окруженный стражею. Килону были опредѣлены знаки консульской власти, а Аввилѣ — преторской.

44. Въ томъ же году<sup>2)</sup> возгорѣвшаяся между Арменцами и Иверами война послужила также причиною весьма важныхъ волненій между Пароянами и Римлянами. Пароянскимъ народомъ правилъ Вологесъ, происходившій отъ греческой наложницы и получившій престолъ по соглашенію братьевъ; надъ Иверами властвовалъ Фарасманъ по старинному праву владѣнія, а надъ Арменцами — братъ его Мнеридатъ, *благодаря* нашей поддержкѣ. У Фарасмана былъ сынъ по имени Радамистъ, стройнаго роста, замѣчательный тѣлесною силою, искусный въ національныхъ упражненіяхъ и пользовавшійся большою извѣстностью у сосѣдей. Онъ такъ рѣзко и часто жаловался на то, что Иверское царство, благодаря старости отца, остается незначительнымъ, что не могъ скрыть своихъ желаній. Поэтому Фарасманъ, при своихъ преклонныхъ уже лѣтахъ, боясь *этого* молодого человѣка, жаждущаго власти и сильнаго любовью народа, сталъ отвлекать его къ другимъ видамъ и указывать на Арменію, припоминая, что онъ самъ отдалъ ее Мнеридату по изгнаніи Пароянъ; *при этомъ говорилъ*, что нужно отложить явное насиліе и лучше дѣйствовать хитростью, чтобы одолѣть *Мнеридата* врасплохъ. Итакъ Радамистъ подъ предлогомъ ссоры съ отцомъ изъ-за того, что онъ не могъ выносить несправедливости мачехи, отпрашивается къ дядѣ, который принялъ его очень ласково, какъ бы *собственнымъ* сына, и начинаетъ свращать къ измѣнѣ армянскихъ вельможъ, между тѣмъ какъ Мнеридатъ, ничего не зная, осыпалъ его милостями.

1) Mithridates Romae vixit usque ad Galbae imperatoris tempora, qui eum necari iussit ut participem Nymphidii coniurationis (Plut. Galba, cc. 13 et 15). 2) A. 51 p. Chr.

45. Reconciliationis specie assumpta regressusque ad patrem, quae fraude confici potuerint, prompta nuntiat, cetera armis exequenda. Interim Pharasmanes belli causas confingit: proelianti sibi adversus regem Albanorum et Romanos auxilio vocanti fratrem adversatum, eamque injuriam excidio ipsius ultum iturum; simul magnas copias filio tradit. Ille irruptione subita territum exutumque campis Mithridaten compulit in castellum Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum [at nobis ea pars militiae maxime gnara est]. Ita Radamistus frustra vel cum damno temptatis munitioibus obsidium incipit; et cum vis neglegeretur, avaritiam praefecti emeratur, obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia, donum populi Romani, scelere et pecunia verterentur. Postremo quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Radamistus obtendebant, pactus indutias abscedit, ut, nisi Pharasmanen bello absterruisset, Ummidium Quadratum, praesidem Syriae, doceret, quo in statu Armenia foret.

46. Digressu centurionis velut custode exsolutus praefectus hortari Mithridaten ad sancendum foedus, coniunctionem fratrum ac priorem aetate Pharasmanen et cetera necessitudinum nomina referens, quod filiam eius in matrimonio haberet, quod ipse Radamisto socer esset: non abnuere pacem Hiberos, quamquam in tempore validiores; et satis cognitam Armeniorum perfidiam, nec aliud subsidii quam castellum commeatu egenum: ne dubitaret armis incruentas condiciones malle. Cunctante ad ea Mithridate et suspectis praefecti consiliis, quod paelicem regiam polluerat inque omnem libidinem venalis habebatur, Casperius interim ad Pharasmanen pervenit.

45. Возвратившись подъ предлогомъ примиренія къ отцу, *Радамистъ* сообщаетъ, что имъ сдѣлано все, чего можно было достигнуть пугливою, а остальное надо доверить оружіемъ. Между тѣмъ Фарасманъ придумалъ поводъ къ войнѣ, именно, что когда онъ во время войны съ Албанскимъ царемъ звалъ Римлянъ на помощь, то братъ воспротивился *этому*, и за такую обиду онъ идетъ отомстить ему разореніемъ. Вместе съ тѣмъ онъ предоставилъ сыну большую рать. Послѣдній загналъ Мнеридата, испуганнаго внезапнымъ вторженіемъ и выбитаго съ равнинъ въ крѣпость Горнея, защищаемую мѣстоположеніемъ и *Римскимъ* гарнизономъ, которымъ командовали префектъ Целій Полліонъ и центуріонъ Касперій. Машини и искусства осады *крупностей* совершенно неизвѣстны варварамъ, тогда какъ намъ эта часть военной службы прекрасно знакома. Поэтому Радамистъ послѣ напрасныхъ или *даже соединенныхъ* съ потерями попытокъ *взять* укрѣпленія приступаетъ къ обложенію; и такъ какъ сила его не внушала страха *непріятелямъ*, онъ подкупаетъ корыстолюбиваго префекта, несмотря на то, что Касперій заклиналъ его не губить преступно, ради денегъ, союзнаго царя и дарованной Римскимъ народомъ Арменіи. Наконецъ Касперій въ виду того, что Полліонъ ссылался на многочисленность непріятелей, а Радамистъ — на приказанія отца, заключилъ перемиріе и удалился съ цѣлью, если не удастся отклонить отъ войны Фарасмана, — доложить правителю Сиріи Умидію Квадрату о положеніи дѣлъ въ Арменіи.

46. Префектъ съ удаленіемъ центуріона какъ бы освободившись отъ присмотра, сталъ склонять Мнеридата къ заключенію мирнаго договора. Онъ указывалъ на ихъ братскую связь, на старшинство Фарасмана по возрасту и другія родственныя узы, именно что онъ женатъ на дочери Фарасмана и самъ приходится тестемъ Радамисту; что Иверы не отказываются отъ мира, хотя въ данный моментъ они сильнѣе, что вѣроломство Арменцевъ достаточно извѣстно и что у *нею* нѣтъ другой опоры, кромѣ *этой* крѣпости, нуждающейся въ провіантѣ: поэтому не слѣдуетъ колебаться предпочесть оружію безкровныя условія *мира*. Пока Мнеридатъ

dit, utque Hiberi obsidio decedant, ex-  
postulat. Ille propalam incerta et saepius  
molliora respondens, secretis nuntiis monet  
Radamistum oppugnationem quoquo modo  
celerare. Augetur flagitii merces, et Pollio  
occulta corruptione inpellit milites, ut  
pacem flagitarent seque praesidium omisso-  
ros minitarentur. Qua necessitate Mithrida-  
tes diem locumque foederi accepit castello-  
que egreditur.

47. Ac primo Radamistus in amplexus  
eius effusus simulare obsequium, socerum  
ac parentem appellare: adicit ius iurandum,  
non ferro, non veneno vim allaturum;  
simul in lucam propinquum trahit, provi-  
sum illic sacrificii paratum dicitans, ut  
diis testibus pax firmaretur. Mos est regi-  
bus, quotiens in societatem coeant, impli-  
care dextras pollicesque inter se vincire  
nodoque praestringere; mox ubi sanguis  
artus extremos suffuderit, levi ictu cruorem  
eliciunt atque in vicem lambunt: id foedus  
arcanum habetur, quasi mutuo cruore  
sacratum. Sed tunc, qui ea vincla admo-  
vebat, decidisse simulans genua Mithridatis  
invadit ipsumque prosternit; simulque  
concurso plurium iniciuntur catenae. Ac  
compede, quod dedecorum barbaris, trahe-  
batur; moxque vulgus, duro imperio habitam,  
probra ac verbera intentabat: et erant contra,  
qui tantam fortunae commutationem misera-  
rentur; secutaque cum parvis liberis coniux  
cuncta lamentatione complebat. Diversis et  
contactis vehiculis abduntur, dum Phara-  
manis iussa exquirentur. Illi cupido regni  
fratre et filia potior, animusque sceleribus  
paratus: visui tamen consuluit, ne coram  
interficeret. Et Radamistus, quasi iuris iu-  
randi memor, non ferrum, non venenum in  
sororem et patruum expromit, sed proiectos  
in humum et veste multa gravique opertos  
necat. Filii quoque Mithridatis, quod caedi-  
bus parentum illaerimaverant, trucidati sunt.

колебался и относился подозрительно къ  
совѣтамъ префекта, который обезчестилъ  
царскую наложницу и считался доступ-  
нымъ подкупу на любую прихоть, Касперій  
прибыль къ Фарасману и потребовалъ,  
чтобы Иверы сняли осаду *Горней*. Фарас-  
манъ открыто давалъ ему уклончивые и  
нерѣдко довольно мягкіе отвѣты, а *меж-  
ду тѣмъ* тайно послалъ гонцовъ побудить  
Радамиста важнѣе угоднo способомъ, уско-  
ривъ осаду. Прибавляется награда за  
измѣну, а Полліонъ тайнымъ, подкупномъ  
побуждаетъ солдатъ требовать мира и  
грозить, что они оставятъ охрану *крѣпо-  
сти*. Въ силу этой необходимости Мнери-  
дату принялъ день и мѣсто для заключенія  
договора и выѣхалъ изъ крѣпости.

47. Въ началѣ *свиданія* Радамистъ  
бросился въ его объятія, притворился  
почтительнымъ, называлъ его тестемъ и  
отцомъ и прибавилъ вкляту, что не причи-  
пить ему палиці ни мечомъ, ни ядомъ.  
Вмѣстѣ съ тѣмъ онъ увлекаетъ *Мнерида-  
та* въ сосѣднюю рощу, повторяя, что тамъ  
по его приказу сдѣланы приготовленія къ  
жертвоприношенію для того, чтобы миръ  
былъ скрѣпленъ при свидѣтеляхъ-богахъ.  
У царей есть обычай при каждомъ заклю-  
ченіи союза скрещивать правыя руки, свя-  
зывать между собою большіе пальцы и  
стягивать узломъ; затѣмъ, когда кровь  
притечетъ къ оконечностямъ, они вызыва-  
ютъ ее легкимъ уколомъ и лизжутъ ее  
другъ у друга. Такой договоръ считается  
имѣющимъ таинственную силу и какъ бы  
освященнымъ взаимною кровью. Но на  
этотъ разъ *человѣкъ*, налагавшій повязки,  
притворно упавши, схватилъ Мнеридата  
за колѣни и повергъ на землю; тутъ же  
сбѣгается толпа, и на него падаютъ  
оковы; его потащили за пожую дѣнь, что  
*считается* позоромъ у варваровъ; тотчасъ  
чернь, которой тяжело жилось въ его  
царствованіе, стала осмѣять его бранью и  
побоями; впрочемъ, нѣкоторые были и  
тропуть такую превратностью судьбы.  
Слѣдовавшая за нимъ жена съ наложни-  
ми дѣтьми оглашала все рыданіями. Ихъ  
спрятали въ отдѣльныя крытыя повозки  
въ ожиданіи приказаній Фарасмана. Жела-  
ніе *оладѣть* царствомъ *оказалось* въ  
немъ сильнѣе любви къ брату и дочери, и  
душа его была готова на злодѣянія;  
однако опъ пощадилъ свои глаза и не

48. At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten et regnum ab interfectoibus obtineri, vocat consilium, docet acta et, an ulcisceretur, consultat. Paucis decus publicum curae; plures tuta disserunt. Omne scelus externum cum laetitia habendum; semina etiam odiorum iacienda, ut saepe principes Romani eandem Armeniam specie largitionis turbandis barbarorum animis praebuerint. Poteretur Radamistus male partis, dum invisus, infamis, quando id magis ex usu, quam si cum gloria depulsus foret. In hanc sententiam itum. Ne tamen adnuisse facinori viderentur et diversa Caesar iuberet, missi ad Pharasmanen nuntii, ut abscederet a finibus Armeniis filiumque abstraheret.

49. Erat Cappadociae procurator Iulius Paelignus, ignavia animi et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. Is Paelignus auxiliis provincialium contractis tamquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis quam hostes praedatur, abscessu suorum et incursantibus barbaris praesidii egens ad Radamistum venit; donisque eius evictus ultro regium insigne sumere cohortatur, sumentique adest auctor et satelles. Quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque ex Paeligno coniectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret. Igitur prope montem Taurum transgressus moderatione plura quam vi composuerat, cum redire in Suriam iubetur, ne initium belli adversus Parthos existeret.

отдалъ приказа убить *Миеридата* въ своемъ присутствіи. И *Радамистъ*, какъ бы помня свою клятву, не употребилъ противъ сестры и дяди ни желѣза, ни яда, а приказалъ положить ихъ на землю и завалить множествомъ тяжелой одежды. Сынновья *Миеридата* также были убиты за то, что плакали при умерщвленіи родителей.

48. Квадратъ, узнавши о выдачѣ *Миеридата* и о томъ, что его царствомъ владѣютъ убійцы, созываетъ совѣтъ, сообщаетъ о происшедшемъ и спрашиваетъ мнѣнія, слѣдуетъ ли мстить. Немногіе думаютъ о чести государства, большая часть даетъ безопасныя совѣты. «Всякое чужое злодѣйство надо принимать съ радостью; нужно даже бросать сѣмена ненависти, какъ часто римскіе государи подъ видомъ щедрости предоставляли кому *нибудь* ту же Армению для возбужденія смуты среди варваровъ. Пусть *Радамистъ* владѣетъ плодами своего преступленія, будучи предметомъ ненависти и презрѣнія, коль скоро это *намъ* болѣе на руку, чѣмъ если бы онъ достигъ *власти* со славою». Такъ и было рѣшено. Но, чтобы не показаться одобряющими преступленіе и не пойдти въ разрѣзъ съ повелѣніями Кесаря, послали къ *Фарасману* гонцовъ *сказать*, чтобы онъ отступилъ отъ границъ Арменіи и отозвалъ сына.

49. Въ Каппадокии былъ прокураторомъ Юлій Пелигнъ, *человѣкъ* равно презрѣнный по душевной низости и тѣлесному безобразію, но бывшій очень близкимъ къ Клавдію еще тогда, когда онъ, будучи частнымъ *человѣчкомъ*, развлекалъ свой лѣнивый досугъ бесѣдой съ шутами. Этотъ Пелигнъ собралъ вспомогательныя отряды изъ провинціи какъ бы съ цѣлю возвратитъ Армению; но такъ какъ онъ болѣе грабилъ союзниковъ, чѣмъ враговъ, то былъ покинутъ войсками и, пуждаясь въ защитѣ противъ набѣговъ варваровъ, явился къ *Радамисту*; прельщенный его дарами, онъ самъ убѣждаетъ его надѣтъ звани царской власти и присутствуетъ при облаченіи въ качества совѣтника и прислужника. Когда это было разнесено позорной молвой, то чтобы не судили по Пелигнѣ о другихъ *Римлянахъ*, былъ отправленъ съ легиономъ легатъ Гельвидій Прискъ для того, чтобы уладить смуты



50. Nam Vologaeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus, quam a maioribus suis possessam externus rex flagitio obtineret, contrahit copias fratremque Tiridaten deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine imperio ageret. Incessu Parthorum sine acie pulsus Hiberi, urbesque Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum acceperunt. Deinde atrox hiems seu parum provisi commeatus et orta ex utroque tabes perpellunt Vologaesem omittere praesentia. Vacuamque rursus Armeniam Radamistus invasit, truculentior quam antea, tamquam adversus defectores et in tempore rebellaturos. Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt armisque regiam circumveniunt.

51. Nec aliud Radamisto subsidium fuit quam pernecitas equorum, quis seque et coniugem abstulit. Sed coniux gravida primam utcumque fugam ob metum hostilem et mariti caritatem toleravit; post, festinatione continua ubi quati uterus et viscera vibrantur, orare, ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. Ille primo amplecti adlevare adhortari, modo virtutem admirans, modo timore aeger, ne quis relicta poteretur. Postremo violentia amoris et facinorum non rudis destringit acinacem vulneratamque ripam ad Araxis trahit, flumini tradit, ut corpus etiam auferretur: ipse praiceps Hiberos ad patrium regnum pervadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie spirantem ac vitae manifestam advertere pastores, et dignitate formae haud degenerem reputantes obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent cognitoque nomine et casu in urbem Artaxata ferunt; unde publica cura deducta ad Tiridaten comiterque excerpta cultu regio habita est.

сообразно обстоятельствамъ. Итакъ, поспѣшно перешедши черезъ гору Тавръ, онъ уладилъ дѣла больше разумною осторожностью, чѣмъ слюю, какъ вдругъ получилъ приказъ вернуться въ Сирію, чтобы не подать повода къ войнѣ съ Парянами.

50. Дѣло въ томъ, что Вологесъ, полагая, что представился случай вторгнуться въ Арменію, которою владѣли его предки, а *теперь* завладѣлъ путемъ преступленія чужой царь, сталъ стягивать войска и готовился посадить на *арменскій* престолъ своего брата Тирidata, чтобы ни одна отрасль его дома не оставалась безъ власти. При вступленіи Паряня Иверы были прогнаны безъ боя, и арменскіе города Артаксата и Тиграноцера припали имо. Но потомъ жестокая зима или недостаточная заготовка провіанта и порожденная обѣими причинами моровая болѣзнь заставила Вологеса оставить начатое. Въ оставленную Арменію снова вторгся Радамистъ, еще болѣе жестокій, чѣмъ прежде, какъ къ измѣнникамъ, готовымъ при удобномъ случаѣ *снова* возмутиться. Но Арменцы, хотя и привышіе къ рабству, потеряли *всякое* терпѣніе и съ оружіемъ *въ рукахъ* окружили дворець.

51. Для Радамиста не было другого средства спасенія, кромѣ быстроты коней, на которыхъ онъ умчался вмѣстѣ съ женою. Беременная жена его сначала коекакъ переносила это бѣгство изъ опасенія враговъ и изъ любви къ мужу, но при продолженіи скачки, при которой сотрясилось ея чрево и колыхалась *всѣ* внутренности, она стала умолять *мужа* избавить ее честною смертію отъ поруганій, *ждавшихъ* ее въ плѣну. Онъ сначала обвинялъ ее, поднималъ *на руки*, уговаривалъ, то удивляясь силѣ ея духа, то содрогаясь отъ страха, чтобы кто-нибудь не овладѣлъ покинутою. Наконецъ, терзаясь любовью и привыкну къ злодѣяніямъ, онъ обнажаетъ кинжалъ и, навесивъ ей рану, тащитъ къ берегу Аракса и бросаетъ въ рѣку, чтобы самый трупъ ея былъ унесенъ, а самъ мчится стремглавъ къ Иверамъ, въ отцовское царство. Между тѣмъ Зиновію (такъ звали его жену) замѣтили пастухи въ тихомъ разливѣ *еще* дышащею, съ явными признаками жизни, и, заключая по ея благородному виду, что она не

простаго рода, перевязываютъ рану, примѣняютъ *свои* деревенскія лѣкарства; узнавши ея имя и *происшедшій* случай, *они* доставляютъ ее въ городъ Артаксаты; отсюда она на общественный счетъ была отвезена къ Тирядату, который принялъ ее вѣжливо и держалъ на положеніи царицы.

XIII, 6. Fine anni <sup>1)</sup> turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam adlatum est, pulso Radamisto, qui saepe regni eius potitus, dein profugus, tum bellum quoque deseruerat...

7... Nero et iuventutem proximas per provincias quaesitam supplendis Orientis legionibus admovere legionesque ipsas propius Armeniam collocari iubet, duosque veteres reges Agrippam et Antiochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent; simul pontes per amnem Euphraten iungi. Et minorem Armeniam Aristobulo, regionem Sophenen Sobaemo cum insignibus regiis mandat. Exortusque in tempore aemulus Vologaesi filius Vardanes; et abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum.

Въ концѣ года разнеслись безпокойные слухи, что Парсы снова прорвались и грабятъ Армению послѣ изгнанія Радамиста, который не разъ овладѣвалъ этимъ царствомъ, затѣмъ обращался въ бѣгство, и тогда уклонился даже отъ войны...

...Неронъ отдаетъ приказъ придвинуть къ восточнымъ легионамъ, для ихъ пополненія, молодежь, набранную въ ближайшихъ провинціяхъ, и самые легионы расположить ближе къ Арменіи; двумъ старымъ царямъ, Агриппѣ и Антиоху, — спарядить войска для вступленія въ предѣлы Парсѣи, наконецъ навести мосты черезъ рѣку Евфратъ. Малуя Армению онъ поручаетъ Аристовулу, а Софенскую область — Согему съ царскими отличіями. Какъ разъ встали появился соперникъ Вологесу — сынъ его Варданъ; и Парсы ушли изъ Арменіи, какъ бы отсрочивая войну.

[Bellum, quod Romani cum Parthis de obtinenda Armenia a. 58 p. Chr. gesserunt, describitur l. XIII, cc. 34—41. Inde haec sola videntur excerptenda].

XIII, 37... Pharasmanes interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum illecti Moschi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit...

...Фарасманъ, умертвивъ *своею* сына Радамиста, какъ бы измѣнника, чтобы засвидѣтельствовать свою вѣрность намъ, рѣше проявлялъ *свою* старую ненависть къ Арменцамъ. Тогда же впервые привлеченные Мосхи, племя болѣе другихъ дружественное Римлянамъ, сдѣлали набѣгъ на захоlustья Арменіи...

[Res a. 60 p. Chr. in Armenia gestae narrantur l. XIV, 23—26. Cap. 23 extr. commemorantur Hiberi a Corbulone contra Mardos inmissi. Res a. 62 in Oriente gestae describuntur l. XV, 1—17 et anno 63 gestae — cc. 24—31].

1) 54 p. Chr.

## HISTORIAE.

I, 2. Opus adgredior opimum casibus, atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum. Quattuor principes ferro interempti<sup>1)</sup>; trina bella civilia, plura externa ac plerumque permixta; prosperae in Oriente, adversae in Occidente res; turbatum Illyricum, Galliae nutantes; perdomita Britannia et statim missa; coortae in nos Sarmatarum ac Sueborum gentes; nobilitatis cladibus mutuis Dacus; mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis ludibrio...

I, 6. ...Introitus [Galbae] in urbem trucidatis tot milibus inermium militum infaustus omine atque ipsis etiam, qui occiderant, formidolosus. Inducta legione Hispana, remanente ea, quam e classe Nero conscripserat, plena urbs exercitu insolito; multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat...

I, 79. Conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur. Eo audentius Rhozolani, Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe Moesiam intruperant, ad novem milia equitum, ex ferocia et successu praedae magis quam pugnae intenta. Igitur vagos et incuriosos tertia legio adiunctis auxiliis repente invasit. Apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae dispersi cupidine praedae aut graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate velut

## ИСТОРИИ.

Я приступаю къ труду, плагающему множество несчастій, ужасы сраженій, раздоры и возмущенія, жестокости даже въ мирное время. Четыре государя погибли отъ оружія; три междоусобныя войны, еще больше внѣшнихъ и по большей части тѣ и другія вмѣстѣ; успѣхи на Востокѣ, неудачи на Западѣ; возмущенія Иллирикъ, заволновались Галлія, Британнія покорена и тотчасъ оставлена; поднялся на насъ Сарматскія и Свевскія племена; Дакія получила пзвѣстность благодаря взаимнымъ пораженіямъ; Парояне также едва не подняли оружія вслѣдствіе пздввательства же-Нерона...

...Вступленіе [Гальбы] въ Римъ послѣ избіенія столькихъ тысячъ безоружныхъ солдатъ произошло при неблагоприятныхъ знаменіяхъ и пугало даже тѣхъ, которые произвели избіеніе. Такъ какъ съ *юродъ* былъ введенъ испанскій легіонъ и оставался тотъ, который Неронъ набралъ изъ флотскихъ солдатъ, то городъ былъ наполненъ необычнымъ войскомъ; къ этому *присоединялись* многіе отряды изъ Германіи, Британніи и Иллирика, которые тотъ же Неронъ выбралъ и послалъ къ Каспійскимъ воротамъ на войну, которую онъ затѣвалъ противъ Албанцевъ, но *потомъ* отозвалъ для подавленія поднятаго Виндексомъ мятежа...

При *всеобщемъ* вниманіи къ междоусобной войнѣ внѣшнія дѣла оставались безъ попеченія. Тѣмъ смѣлѣе Роксоланы, народъ Сарматскаго племени, пзрубивъ прошлой зимой двѣ когорты, съ большими надеждами вторглись въ Мезію *числомъ* до девяти тысячъ всадниковъ, вслѣдствіе своей необузданности и *прошлогодняю* успѣха болѣе думая о грабежѣ, чѣмъ о сраженіи. Вслѣдствіе этого третій легіонъ съ вспомогательными войсками попалъ на нихъ врасплохъ, когда они беззаботно

1) Scil. Galba, Otho, Vitellius, Domitianus.

vincti caedebantur. Namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. Sed tum umido die et soluto gelu neque conti neque gladii, quos praelongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis et cataphractarum pondere. Id principibus et nobilissimo cuique tegimen, ferreis lamminis aut praeduro corio conserutum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum; simul altitudino et mollitia nivis hauriebantur. Romanus miles facilis lorica et missili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim scuto defendi mos est) comminus fodiebat, donec pauci, qui proelio superfuerant, paludibus abderentur: ibi saevitia hiemis aut vulnerum absumpti. Postquam id Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua, Fulvius Aurelius et Iulianus Tettius ac Numisius Lupus legati legionum consularibus ornamentis donantur, laeto Othone et gloriam in se trabente, tamquam et ipse felix bello et suis ducibus suisque exercitibus rempublicam auxisset <sup>1)</sup>.

разсыпался *по странѣ*. У Римлянъ все было приспособлено къ битвѣ; Сарматы же, разсѣявшіеся вслѣдствію страсти къ добычѣ или обремененные тяжестью вьюковъ, были избиваемы словно связанными, такъ какъ скользкія дороги не позволяли имъ конямъ проявлять свою быстроту. Замѣчательно, какъ вся доблесть Сарматовъ лежитъ какъ бы вѣдъ имъ *самихъ*. Они крайне трусливы въ пѣшемъ бою; но когда появляются конными отрядами, врядъ-ли какой строй можетъ имъ противиться. Но тогда, въ сырой день и на растаявшемъ льду, ни пики, ни очень длинныя мечи ихъ, которые они держатъ обѣими руками, не годились вслѣдствіе спотыканія коней и тяжести ихъ «катафракты». Это — прикрытіе *ихъ* вождей и всѣхъ благородныхъ, составленное изъ желѣзныхъ пластинъ или очень твердой кожи, непроницаемое для ударовъ, но для упавшихъ при натискѣ враговъ неудобное при вставаніи; вмѣстѣ съ *тѣмъ* они увязали въ глубокомъ и рыхломъ снѣгу. Римскіе солдаты въ легкихъ латахъ нападали съ метательными дротиками или длинными копьями и, когда требовалось, легкими мечами кололи въ рукопашную беззащитныхъ Сарматовъ (ибо у нихъ не въ обычаѣ защищаться щитомъ), пока немногіе уцѣлѣвшіе въ сраженіи не скрылись въ болотахъ. Тамъ они погибли отъ суровости зимы или ранъ. Когда объ этомъ узнали въ Римѣ, правитель Мезіи М. Апоній былъ награжденъ триумфальной статуей, а легаты легионовъ Фульвій Аврелій, Юліанъ Теттій и Нумсій Лупъ — консульскими украшениями. Отецъ радовался и приписывалъ себѣ побѣду, какъ будто бы онъ самъ велъ счастливую войну и своими вождями и войсками увеличилъ государство.

III, 47 ...Subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis praefectus, moverat. is fuit Anicetus, Polemonis libertus, praepotens olim, et postquam regnum in formam provinciae verterat,

...Въ Понтѣ внезапно поднялъ оружіе рабъ-варваръ, бывшій нѣкогда начальникомъ царскаго флота. Это былъ Аникетъ, отпущенникъ Полемона, пользовавшійся прежде большою силою и досадовавшій

1) Idem proelium commemoratur *Hist.* III, 24.

mutationis impatiens. Igitur Vitellii nomine adscitis gentibus, quae Pontum adcolunt, corrupto in spem rapinarum egentissimo quoque, haud temendae manus ductor Trapezuntem, vetusta fama civitatem a Graecis in extremo Ponticae orae conditam, subitus inrupit. Caesa ibi cohors, regium auxilium olim; mox donati civitate Romana signa armaque in nostrum modum, desidiam licentiamque Graecorum retinebant. Classi quoque faces intulit, vacuo mari eludens, quia lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin et barbari contemptim vagabantur, fabricatis repente navibus: camaras vocant, altis lateribus latam alvum sine vinculo aeris aut ferri conexam; et tumido mari, prout fluctus attollitur, summa navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur: sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora et mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est.

48. Advertit ea res Vespasiani animum, ut vexillarios e legionibus ducemque Viridium Geminum, spectatae militiae, delegeret. Ille incompositum et praedae cupidine vagum hostem adortus coëgit in naves; effectisque raptim Liburnicis adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochезorum regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat. Ac primo rex minis armisque supplicem tueri: postquam merces prodicionis aut bellum ostendebatur, fluxa, ut est barbaris, fide pactus Aniceti exitium perfugas tradidit, belloque servili finis inpositus.

на перемяну, вслѣдствіе которой царство превратилось въ провинцію. Именемъ Вителлія привлекая на свою сторону народы, жившіе по берегамъ Понта, и прельстивши всякую голь надеждою на добычу, онъ во главѣ довольно значительной шайки внезапно ворвался въ Трапезунтъ, изстарый славный городъ, построенный Греками въ концѣ Понтійскаго побережья. Тамъ была перебита когорта, составлявшая прежде царскій вспомогательный отрядъ; потомъ *ея солдаты*, пожалованные римскимъ гражданствомъ, стали носить знамена и оружіе по нашему образцу, но сохранили греческую лѣнность и распущенность. *Аникитъ* поджегъ и флотъ, пздѣваясь надъ опустѣлымъ моремъ, такъ какъ Муціанъ перевелъ въ Византію отборнѣйшія либурскія суда и всѣхъ солдатъ. Поэтому-то и варвары горделиво развѣзжали *по морю*, быстро построивъ суда, называемыя камарами, съ высокими боками и широкимъ дномъ, сложеннымъ безъ мѣдныхъ или желѣзныхъ связей. При бурномъ морѣ они соответственно подъему волнъ увеличиваютъ верхъ судовъ досками, пока они не закроются на подобіе кровли. Такъ *эти суда* и колышутся среди волнъ, пмѣя съ обѣихъ сторонъ одинаковыя косы и перемяппія весла, такъ что *для нихъ* безразлично и безопасно причалывать той или другой стороной.

Это возстаніе обратило *на себя* вниманіе Веспасіана, и онъ выбралъ отряды изъ легионовъ и начальника *для нихъ* — испытаннаго воина Вирдія Геміана. Послѣдній, напавши на разстроеннаго и разсѣяннаго въ погонѣ за добычею непріятеля, загналъ его на корабли. Затѣмъ, наскоро построивъ либурники, онъ въ устьѣ рѣки Хова, наопиетъ Аникита, считавшаго себя въ безопасности подъ прикрытіемъ царя Седохезовъ, котораго онъ склонилъ къ союзу деньгами и дарами. И *дѣйствительно*, сначала царь защищалъ просителя угрозами и оружіемъ; но когда ему выставилъ *на выборъ* награду за выдачу или войну, онъ, по собственному варварамъ вѣроломству, условился погубить Аникита и выдалъ поребѣжчиковъ. Такъ былъ положенъ конецъ войнѣ съ рабами.

## GERMANIA.

1. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur... Danuvius molli et clementer edito montis Abnobaе iugo effusus, pluris populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat: septimum os paludibus hauritur.

17... locupletissimi [Germanorum] veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente...

43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt; e quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suebos referunt: Cotinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatae, partem Quadi ut alienigenis imponunt...

46. Peucinorum Venedorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis ascribam, dubito, quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone cultu sede ac domiciliis ut Germani agunt, sordes omnium ac torpor; *corpus* procerum conubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum foedatur. Venedi multum ex moribus traxerunt: nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt et scuta gestant et pedum usu ac pernicitate gaudent; quae omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustro equoque viventibus. Fennis mira feritas, foeda paupertas: non arma, non equi, non penates; victui herba, vestitui pelles, cubile humus; solae in sagittis opes, quas inopia ferri ossibus asperant. idemque venatus viros pariter ac feminas alit; passim enim comitantur

## ГЕРМАНИЯ.

Вся Германія отдѣляется отъ Галловъ, Ретовъ и Паннонцевъ рѣками Рейномъ и Данувіемъ, а отъ Сарматовъ и Давовъ— взаимнымъ страхомъ или горами... Данувій, вытекающій съ покатата и тихо-поднимающагося хребта Абнобскихъ горъ, проходитъ по землямъ довольно многихъ народовъ, пока не впадетъ шестью рукавами въ Понтифское море; седьмое устье поглотается болотами.

...Богатѣйшіе [Германцы] отличаются одеждою, не развѣвающейся, какъ у Сарматъ и Пареванъ, но узкою и обрисовывающей всѣ члены...

Сзади Марсигны, Котины, Озы и Бури замыкаютъ тылъ Маркомановъ и Квадовъ. Изъ нихъ Марсигны и Буры языкомъ и одеждою напоминаютъ Свевовъ. Галльскій языкъ Котиновъ и Паннонскій Озовъ отличаетъ не-германское ихъ происхожденіе, а равно и то, что они соглашаются платить дань. Часть дани налагаютъ Сарматы и часть—Квады, какъ на племенниковъ...

Я сомнѣваюсь, причислить ли племена Певкиновъ, Венедовъ и Фенновъ къ Германцамъ, или къ Сарматамъ; хотя Певкины, коихъ нѣкоторые называютъ Бастарнами, въ отношеніи языка, одежды, поселеній и жилищъ сходны съ Германцами. Всѣ они живутъ въ грязи, и бездѣйствія; вслѣдствіе смѣшанныхъ браковъ ихъ ростъ нѣсколько обезображивается сходствомъ съ Сарматами. Венеды замѣстивали многое изъ ихъ обычаевъ, ибо они постираютъ свои разбойничьи наборы на всѣхъ гѣсахъ и горы, возвышающіяся между Певкинами и Феннами. Однако они скорѣе должны быть причислены къ Германцамъ, такъ какъ строятъ дома, носятъ щиты и охотно пользуются быстротою ногъ, все это отлично отъ Сарматовъ, живущихъ на кибиткахъ и коняхъ. Фенны отличаются необыкновенною дикостью и отвратительною нищетою: у нихъ нѣтъ ни оружія,

partemque praedae petunt. nec aliud infantibus ferarum imbrumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. huc redeunt invenes, hoc senum receptaculum. sed beatius arbitrantur quam ingemere agris, inlaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare. securi adversus homines, securi adversus deos rem difficillimam adsecuti sunt, ut iilis ne voto quidem opus esset, cetera iam fabulosa: Helusios et Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum gerere; quod ego ut incompertum in medio relinquam.

ни коней, ни пенатовъ; пищею *имъ служитъ* трава, одеждою — шкурн, ложемъ — земля; всѣ надежды *они возлагаютъ* на стрѣлы, для острія которыхъ за немнѣніемъ желѣза употребляютъ кости. Одна и та же охота кормитъ какъ мужчинъ, такъ и женщинъ, ибо *последнія* повсюду сопровождаютъ *мужчинъ* и требуютъ части добычи. Для дѣтей вѣтъ другого убѣжища отъ дикихъ звѣрей и отъ дождей, какъ укрываться *въ шалахахъ* изъ сплетенныхъ вѣтвей. Сюда возвращаются юноши, здѣсь и пристанище стариковъ. Но это они считаютъ *богѣе* счастливою *жизнью*, чѣмъ трудиться на поляхъ, работать въ домахъ и дѣлать свою и чужую судьбу игралищемъ надежды и страха; безопасные отъ людей, безопасные отъ боговъ, они достигли самаго труднаго *въ жизни*, — что у нихъ вѣтъ нужды даже желать что-нибудь. Остальное уже баснословно: будто-бы Геллусіи и Оксіоны имѣютъ человѣческія головы и лица, а туловища и члены звѣринны. Я оставляю это подъ сомнѣніемъ, какъ не развѣданное.

### С. PLINIVS CAECILIVS SECVNDVS.

### Г. ПЛИНІЙ ЦЕЦИЛІЙ СЕКУНДЪ.

C. 7 (p. 160 R.-W.)... Sed enim Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud saeculum licuit...

Но вѣдь въ языческое время Діану Сяеювъ или Меркурія Галловъ, или Сатурна Афровъ позволялось умилять человеческою жертвою...

## ADVERSVS MARCIONEM.

## ПРОТИВЪ МАРКІОНА.

Lib. I c. I (p. 271 sq. M.). Pontus qui dicitur Euxinus natura negatur, nomine illuditur. Ceterum hospitalem Pontum nec de situ aestimes: ita ab humanioribus

Тако называемому Понту Привѣтливому природа сама отказываетъ въ такомъ названіи; въ этомъ имени — насмѣшка. Впрочемъ, не считай Понть привѣтливымъ

1) Cf. Herodot. IV, 70 (vol. I, p. 29 sq.).

2) Cf. Apologet. c. XI, p. 388 Migne.



fretis nostris quasi quodam barbariae suae pudore secessit. Gentes ferocissimae inhabitabant, si tamen habitatur in plastro. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua et plurimum nuda, etiam cum abscondunt, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temere quis intercedat. Ita nec armis suis erubescunt. Parentum cadavera cum pecudibus caesa convivio convorant. Qui non ita decesserint, ut escatiles fuerint, maledicta mors est. Nec feminae sexu mitigantur secundum pudorem: ubera excludunt, pensum securibus faciunt, malunt militare, quam nubere. Duritia de caelo quoque. Dies nunquam patens, sol nunquam libens, unus aer, nebula; totus annus hibernum, omne quod flaverit, Aquilo est, liquores ignibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia torpent, omnia rigent: nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet quae fabulas scenis dedit, de sacrificiis Taurorum et amoribus Colchorum et crucibus Caucatorum. Sed nihil tam barbarum ac triste apud Pontum quam quod illic Marcion<sup>1)</sup> natus est, Scytha tetrior, Hamaxobio<sup>2)</sup> instabilior, Massageta inhumanior, Amazone audacior, nubilo obscurior, hieme frigidior, Istro fallacior, Caucaso abruptior. Quidni? penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blasphemis lancinatur..... Quis tam comesor mus ponticus, quam qui Evangelia corrosit? Nae tu, Euxine, probabiliorem feram philosophis edidisti, quam christianis.

и по положенію: настолько удалися онъ, какъ бы изъ какого-то стыда передъ своимъ варварствомъ, отъ болѣе человѣчныхъ нашихъ водъ. Обитали тамъ племена самыя жестокія, если только обитаютъ на повозкѣ. Мѣстопробываніе — неопредѣленное, жизнь — грубая, похоть — безразличная и болѣею частью нагая, даже тогда, когда ее скрываютъ, повѣсивъ на ярѣ колчаны, которые должны предостерегать, чтобы кто-либо случайно не помѣшалъ. Итакъ, они не краснѣютъ даже передъ своимъ оружіемъ. Трупы родителей, изрубленные вмѣстѣ съ мясомъ животныхъ они пожираютъ на пиру, смерть тѣхъ, которые умерли не такимъ образомъ, чтобы быть годными въ пищу, — проклятая. Даже женщины не смягчаются поломъ въ пользу стыдливости: онѣ вырѣзаютъ груди, исполняютъ работу сѣкирами, желаютъ лучше воевать, чѣмъ выходить замужъ. Суровость даже въ климатѣ: нѣтъ никогда яснаго дня, солнце никогда не бываетъ ярко, одинъ (только) воздухъ — туманъ, цѣлый годъ — зима, всякій вѣтеръ — Авилонъ, влага появляется (только) отъ огня, рѣки не могутъ течь отъ льда, горы увеличиваются въ вышину отъ снѣговъ. Все коченѣетъ, все цѣпенѣетъ. Ничто тамъ, кромѣ дикости, не пылаетъ, той, разумѣется, дикости, которая дала сценамъ пьесы о жертвоприношеніяхъ Тавровъ, о любви Колховъ, о распатіяхъ Кавказскихъ. Но у Понта ничего нѣтъ грубѣе и печальнѣе, чѣмъ то, что тамъ родился Маркіонъ, который отвратительнѣе Сенеа, непостояннѣе Амаксавіа, безчеловѣчнѣе Массагета, смѣлѣе Амазонки, темнѣе тумана, холоднѣе зимы, обманчивѣе Истра, круче Кавказа. Развѣ это не такъ? Вѣдь у него истинный Прометей, Богъ Всемогущій растерзывается хулами... Какая мышь понтійская прозорливѣе того, кто изгрызъ Евангелія? Да, ты, Привѣтливый (понтъ), родилъ звѣря болѣе пріятнаго философамъ, чѣмъ христіанамъ.

1) De Marcione Sinopae in Ponto nato circa annum 148 p. Chr. v. Patrol. II, p. 268 (Synopsis historica). 2) De Hamaxobiis (Ἰμαξόβιοι) v. Ptolemaei Geographiam (vol. I, p. 281). Non alii sunt apud Strabonem Ἰμαξόβιοι (v. vol. I, p. 112).

## LIBER ADVERSUS IUDAEOS.

C. VII, (p. 649 sq. M.) In quem enim alium universae gentes crederunt, nisi in Christum, qui iam venit?... «Parthi, Medi.... et incolentes Pontum et Asiam»...<sup>1)</sup> et Galliarum diversae nationes et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita et Sarmatarum et Dacorum et Germanorum et Scytharum et additarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum et quae enumerare minus possumus.

## СОЧИНЕНИЕ ПРОТИВЪ ІУДЕЕВЪ.

Вѣдь въ кого другого увѣровали все племена, кромѣ Христа, который уже пришелъ?... «Парсыяне, Мидяне... и обитающіе Понтъ и Асію», и различныя галльскія племена, и недоступныя для Римлянъ мѣста Британніи покорились Христу, а также и страны Сарматовъ, Даковъ, Германцевъ, Сянеовъ и сверхъ того многихъ племенъ, областей и острововъ многихъ намъ неизвѣстныхъ, такъ что и перечислить ихъ мы не въ состояніи.

## DE ANIMA.

C. 30 (p. 349 R.-W.). ...Invenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi vel extorres vel gloriosi quique occupant terras, ut Scythae Parthicas...

## О ДУШѢ.

Мы находимъ и въ запискахъ о чело-вѣческихъ древностяхъ, что родъ чело-вѣчскій постепенно размножился, когда туземцы, или кочуя, или лишившись родины, или подъ вліяніемъ жажды славы занимали земли, какъ напр. Скионъ — Пар-евскія...

## LIBER DE MONOGAMIA.

C. XVII (p. 1003 sq. M.). Sunt et quae de tota continentia iudicent nos, virgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythii....

## СОЧИНЕНИЕ ОБЪ ЕДИНОБРАЧИИ.

Есть и такія, которыя имѣютъ право судить насъ съ точки зрѣнія полного воздержанія, какъ напр. дѣвы Весты, Юноны Ахейской, Дианы Сянской и Аполлона Пивейскаго....

## LIBER DE PALLIO.

C. II (p. 1090 M.). Transvolavere redundantium gentium examina. Scythae exuberant Persas, Phoenices in Africam eructant...

## СОЧИНЕНИЕ О ГРЕЧЕСКОМЪ ПЛАЩѢ.

Перелетѣли рой расплодившихся пле-мень. Скионъ наполняютъ землю Персовъ, Финикіяне врываются въ Африку....

1) Parthi—Asiam. Act. apost. c. II, §§ 9—10.

## INDEX SCRIPTORUM

ordine alphabetico nominum gentilium dispositus.

	Pag.		Pag.
Albius Tibullus .....	38	T. Maccius Plautus .....	1
L. Ampelius .....	260	M. Manilius .....	113
L. Annaeus Seneca .....	132	M. Minucius Felix .....	262
M. Annaeus Lucanus .....	145	Octavia incerti scriptoris .....	145
Scholia in Lucanum .....	152	P. Ovidius Naso .....	69
L. Apuleius .....	266	Scholia ad Ibin .....	105
Imperator Augustus .....	41	M. Pacuvius .....	2
Bruttius .....	231	P. Papinius Statius .....	217
Imperator Ti. Claudius .....	115	Scholia in Statium .....	221
C. Cornelius Gallus .....	29	Petronius Arbitr .....	165
M. Cornelius Fronto .....	263	C. Plinius Secundus .....	167
Cornelius Nepos .....	10	C. Plinius Caecilius Secundus (jr) ...	251
Cornelius Tacitus .....	231	S. Pompeius Festus .....	267
Q. Curtius Rufus .....	126	Pompeius Trogus .....	51
Q. Ennius .....	1	Pomponius Mela .....	115
M. Fabius Quintilianus .....	217	M. Porcius Cato .....	2
Florus .....	257	S. Propertius .....	38
Aulus Gellius .....	263	Q. Septimius Florens Tertullianus ...	268
Germanicus .....	109	Ti. Catus Silius Italicus .....	215
Germanici scholiastae .....	110	C. Suetonius Tranquillus .....	256
Grattius .....	109	M. Terentius Varro .....	2
Q. Horatius Flaccus .....	29	M. Tullius Cicero .....	3
Horatii scholiastae .....	32	Ciceronis scholiastae .....	10
Hygini fabulae .....	65	C. Valerius Catullus .....	12
[C. Iulius Caesar] .....	11	C. Valerius Flaccus Setinus Balbus ...	201
S. Iulius Frontinus .....	229	M. Valerius Martialis .....	225
M. Iunianus Iustinus .....	51	Valerius Maximus .....	112
D. Iunius Iuvenalis .....	253	C. Velleius Paterculus .....	111
Scholia in Iuvenalem .....	255	P. Vergilius Maro .....	13
L. Iunius Moderatus Columella .....	166	Commentarii in Vergilium .....	17
C. Licinius Calvus .....	13	M. Vipsanius Agrippa .....	42
T. Livius .....	44	Vitruvius Pollio .....	42



Д. И. Прозоровскій. Опись древнихъ рукописей, хранящихся въ музеѣ Имп. Русск. Арх. Общества. . . . .	1 р. 50 к.
Архим. Антонинъ. Поѣздка въ Румелию . . . . .	3 » — »
Архим. Антонинъ. Изъ Румелии . . . . .	6 » — »
А. В. Праховъ. Критическія наблюденія надъ формами изящныхъ искусствъ. I Зодчество древняго Египта. . . . .	3 » — »
Рязанскія древности. . . . .	1 » — »
Л. Э. Стефани. Собраніе древнихъ памятниковъ искусства въ Павловскѣ. . . . .	1 » — »
Бар. В. Г. Тизенгаузенъ. Монеты восточнаго халифата. . .	5 » — »
Д. А. Хвольсонъ. Сборникъ еврейскихъ надписей (съ 8 таблицами). . . . .	4 » — »
Д. В. Полъновъ. Библиографическое обзорѣніе трудовъ Имп. Русскаго Археол. Общества . . . . .	1 » — »
Д. И. Прозоровскій. Опись предметовъ, хранящихся въ Музеѣ Имп. Русскаго Археол. Общества. . . . .	1 » — »
Inscriptiones antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini graecae et latinae. Edidit Basilius Latyschev. Vol. I— 7p., II и IV— по 10 p. . . . .	27 » — »
В. В. Латышевъ. Сборникъ греческихъ надписей христіанскихъ временъ изъ южной Россіи (съ 13 таблицами) . . . . .	2 » — »
Ю. Б. Иверсенъ. Медали въ честь русскихъ государственныхъ дѣятелей и частныхъ лицъ. Т. III (съ 7 таблицами). . . . .	3 » — »
Н. Е. Бранденбургъ. Старая Ладога. Рисунки и техническія описанія. Изд. В. В. Суслова (съ 90 таблицами). . . . .	25 » — »
Рѣчь, читанная въ торжественномъ собраніи 10-го декабря 1895 г. . . . .	— » 30 »
Н. И. Веселовскій. Исторія Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества за первое пятидесятилѣтіе его существованія 1846—1896 г. (Съ портретами) . . . . .	4 » — »

Съ требованіями слѣдуетъ обращаться въ нижний магазинъ Н. Риннера (С.-Петербургъ. Невскій пр., № 14).



---

Цѣна 1 р. 50 к.

---

**ЗАПИСКИ**  
**КЛАССИЧЕСКАГО ОТДѢЛЕНІЯ**  
**ИМПЕРАТОРСКАГО**  
**РУССКАГО АРХЕОЛОГИЧЕСКАГО ОБЩЕСТВА.**

---

**Томъ II.**  
**Выпускъ 2.**

---

**СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.**



**САНКТПЕТЕРБУРГЪ.**  
**ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.**  
Вас. Остр., 9 линія, № 12.  
**1906.**

Напечатано по распоряженію Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.  
Секретарь *В. Дружининъ.*



**SCYTHICA ET CAUCASICA**  
**E VETERIBUS SCRIPTORIBUS GRAECIS ET LATINIS**  
**COLLEGIT ET CUM VERSIONE ROSSICA EDIDIT**  
**BASILIVS LATYSCHEV.**

**VOL. II. SCRIPTORES LATINI. FASC. 2.**

---

**ИЗВѢСТІЯ**  
**ДРЕВНИХЪ ПИСАТЕЛЕЙ**

**ГРЕЧЕСКИХЪ И ЛАТИНСКИХЪ**

**О СКИИИ И КАВКАЗЪ.**

**СОБРАЛЪ И ИЗДАЛЪ СЪ РУССКИМЪ ПЕРЕВОДОМЪ**

**В. В. ЛАТЫШЕВЪ.**

---

**ТОМЪ II. ЛАТИНСКІЕ ПИСАТЕЛИ.**

**ВЫПУСКЪ 2-Й.**

---

**СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.**

---

**САНКТПЕТЕРБУРГЪ.**

**ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.**

**Вас. Остр., 9 лн., № 12.**

**1906.**



## С. IVLIVS SOLINVS.

## Г. ЮЛИЙ СОЛИНЪ.

[Съ именемъ Г. Юлія Солина дошло до насъ землеописаніе, представляющее собою компиляцію, основанную главнымъ образомъ на Naturalis Historia Плинія. По нѣкоторымъ даннымъ можно предполагать, что сочиненіе это написано въ 1-й пол. III в. по Р. Хр. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. III, стр. 201 сл. — Текстъ: С. Iulii Solini Collectanea rerum memorabilium. Iterum rec. Th. Mommsen. Berol. 1895].

## COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

## СБОРНИКЪ ДОСТОПРИМЪЧАТЕЛЬ-НОСТЕЙ.

1, 101. Apollonides perhibet in Scythia feminas nasci quae bitiae vocantur<sup>1)</sup>: has in oculis pupillas geminas habere et perimere visu si forte quem iratae aspexerint. [hae sunt et in Sardinia].

Аполлонидъ сообщаетъ, что въ Скиіи родятся женщины, называемыя «битіями»: онѣ имѣють-де въ глазахъ двойныя зрачки и губятъ своимъ взглядомъ, если случайно на кого посмотрятъ въ гнѣвъ. Такія женщины есть и въ Сардиніи.

1, 109. Rex Ponticus Mithridates duabus et viginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit<sup>2)</sup>.

Понтійскій царь Митридатъ безъ посредства переводчиковъ чинилъ судъ 22 племенамъ, надъ которыми властвовалъ.

2, 11. Hoc in loco [scil. Aricia] Orestes oraculo monitus simulacrum Scythicae Dianae, quod de Taurica extulerat, priusquam Argos peteret consecravit.

Въ этомъ мѣстѣ [т. е. въ Ариціи] Орестъ по совѣту оракула посвятилъ кумиръ Скиской Діаны, который вывезъ изъ Таврики, прежде чѣмъ отправился въ Аргосъ.

2, 28. C. Coelius Aetae tres filias dicit Angitiam Medeam Circen... Medeam ab Iasone Buthroti sepultam filiumque eius Marsis imperasse.

Г. Целій говоритъ, что у Энта были три дочери: Ангитія, Медей и Кирка... Медей была потребена Іасономъ въ Буеротѣ, и сынъ ея былъ царемъ Марсовъ.

5, 21. Gelonium stagnum taetro odore abigit proximantes<sup>3)</sup>. ibi et fontes duo, alter de quo si sterilis sumpserit fecundatur: alter quem si fecunda hauserit vertitur in sterilitatem.

Гелонское болото отгоняетъ приближающихся къ нему отвратительнымъ запахомъ. Тамъ есть также два источника: одинъ такой, что если изъ него выпить безплодная, то дѣлается плодovitой, а другой такой, что если изъ него черпнетъ плодovitая, — становится безплодною.

9, 19... [Alexander Magnus] subegit Asiam Armeniam Hiberiam Albaniam... Taurum Caucasumque transgressus est...<sup>4)</sup>.

[Александръ Великій] покорилъ Азію, Армению, Иверію, Албанію... перешелъ черезъ Тавръ и Кавказъ...

1) Cf. Plin. VII, 17 (supra, p. 187).  
compilavit Isidorus 13, 13, 8.

2) Cf. Plin. VII, 88 (supra, p. 187).  
4) Cf. Plin. IV, 39 (supra, p. 169).

3) Haec

10, 7... deinde Haemus sex milibus passuum arduus, cuius aversa Moesiagetæ Sarmatæ Scythæ et plurimæ insidunt nationes...<sup>1)</sup>.

Затѣмъ Эмъ вышиною въ 6000 шаговъ, задніе *склоны* котораго занимаютъ Месіагеты, Сарматы, Скины и множество *другихъ* народностей.

10, 11... in parte, quam Aroteres Scythæ tenuerunt<sup>2)</sup>, celebrant quondam urbem Geraniam (Cathizon vocant barbari), unde a gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. (12) manifestum sane est in septemtrionalem plagam hieme grues frequentissimas convolare. nec piguerit meminisse quatenus expeditiones suas dirigant... (14) Pontum transituræ angustias captant, et quidem eas (nam promptum est oculis deprehendere) quæ inter Tauricam sunt et Paphlagoniam, id est inter Carambim et Criumetopon...<sup>3)</sup>.

...Въ той землѣ, которую занимали Скины-Пахаря, прославляютъ *бышій* нѣкогда городъ Геранію (варвары зовутъ *ею* Каеизономъ), откуда, по преданію, Пигмеи были выгнаны журавлями. Достоверно извѣстно, что зимою журавли во множествѣ слетаются въ сѣверныя страны; не лишнимъ будетъ упомянуть, какъ они направляютъ свой полетъ... При перелетѣ черезъ Понтъ они выбираютъ наиболѣе узкія части *ею* (ихъ легко схватить глазами) и именно тѣ, которыя находятся между Таврикой и Пафлагоніей, т. е. между Карамбидою и Криуметопомъ...

12, 1. Quartus Europæ sinus Helleponto incipit, Maecoti ostio terminatur...<sup>4)</sup>.

Четвертый европейскій заливъ начинается съ Геллеспонта, а оканчивается устьемъ Маотиды...

12, 3. Haec profunda delphinis plurimos habent... (13) ibi praeter phocas rara belua est.<sup>5)</sup> plurimus thynnus in Ponto, nec alibi paene fetificant<sup>6)</sup>: nusquam enim citius adolescent, scilicet ob aquas dulciores. ingrediuntur veris tempore. intrant dextero litore, laevo exeunt: hoc inde accidere credunt quod dexteris oculis acutius cernant quam sinistris.

Въ этихъ пучинахъ водится множество дельфиновъ... Тамъ, кромѣ тюленей, рѣдко встрѣчаются большія *морскія* животныя. Тунцы во множествѣ *водятся* въ Понтѣ и почти не плодятся въ другихъ мѣстахъ, ибо они нигдѣ не растутъ такъ скоро, именно благодаря болѣе прѣснымъ водамъ. Вступаютъ *они туда* въ весеннее время; входятъ правою стороною, а выходятъ лѣвою; какъ полагаютъ, это происходитъ отъ того, что они лучше видятъ правыми глазами, чѣмъ лѣвыми.

13, 1. Hister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae aspectat. sexaginta amnes in se recipit ferme omnes navigabiles. septem ostiis Pontum influit: quorum primum Peuce, secundum

Истръ беретъ начало съ Германскихъ высотъ, изливаясь съ горы, которая обращена къ галлійскимъ Равракамъ. Онъ принимаетъ въ себя 60 рѣкъ, *которыя* почти всѣ судоходны. Изливается

V. 2 «moesiagetæ] GHS, moesiagathæ L, moesi getæ AP; etiam apud Plin. moesiagetæ exhibent codd. quidam; inter quas gente (scr. Getæ) sarmatæ scythæ Capella (cod. Reich.); Maesiagetæ Sarmatæ Scythæ Isidorus». Mommsen. || V. 6 tenuerunt supplevit M. ex Plinio; om. libri. || V. 7 Geraniam: garaniam LGP.

1) Cf. Plin. IV, 41 (supra, p. 169). 2) Cf. Plin. IV, 44 (supra, p. 169). 3) Cf. Plin. X, 60 (supra, p. 190). 4) Cf. Plin. IV, 75 (supra, p. 169). 5) Cf. Plin. IX, 50 (supra, p. 190). 6) Cf. Plin. IX, 47 (supra, p. 190).

Naracustoma, tertium Calonstoma, quartum Pseudostoma; nam Borionstoma ac deinde Spilonstoma languidiora sunt ceteris, septimum vero pigrum ac palustri specie non habet quod amni comparetur. priora quattuor ita magna sunt ut per longitudinem quadraginta milium passuum non misceantur aequori dulcemque haustum incorrupto detineant sapore <sup>1)</sup>.

13, 2. Per universum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt castorem. lytris similis est, animal morsu potentissimum, adeo ut cum hominem invaserit, conventum dentium non prius laxet quam concrepisse persenserit fracta ossa. testiculi eius adpetuntur in usum medellarum: idcirco cum urgeri se intellegit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat <sup>2)</sup>.

13, 3. Mittit Pontus et gemmas quas a patria Ponticas dicimus genere diverso: aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas, et hae quidem inter sacras habentur: nam quae ostentationi potius quam usui deliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur <sup>3)</sup>.

14, 1. Hypanis oritur inter Achetas <sup>4)</sup> Scythicorum annuum princeps, purus et haustu saluberrimus, usque dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Examphaeus infamis est amara scaturrigine: qui Examphaeus liquido admixtus fluori amnem vitio suo vertit, adeo ut dissimilis sibi in maria condatur. (2) ita inter gentium opiniones fama de Hypane discordat: qui in principiis eum norunt, praedicant, qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur.

въ Понтъ семью устьями: изъ нихъ первое *называется* Певка, второе — Наракское, третье — Прекрасное, четвертое — Ложное; ибо Сѣверное и затѣмъ Спilonстома *текутъ* медленнѣе прочихъ, а седьмое, стоячее и подобное болоту, не можетъ быть и сравниваемо съ рѣкой. *Зато* первыя четыре такъ велики, что не смѣшиваются съ морской водой на протяженіи 40000 шаговъ и удерживаютъ въ неприкосновенности свой прѣсный вкусъ.

По всему Понту въ изобиліи *водится* бобръ, котораго иначе называютъ касторомъ. Онъ похожъ на выдру и чрезвычайно крѣпко кусается, такъ что если нападетъ на человѣка, то не разжимаетъ стиснутыхъ зубовъ, пока не почувствуетъ хрустѣнія сломанныхъ костей. Его шулята употребляются для изготовленія лѣкарствъ; поэтому, когда онъ замѣтитъ преслѣдованіе, то самъ пожираетъ свои «двойники», чтобы *никому* не доставить пользы въ случаѣ поимки.

Съ Понта доставляются также дорогіе камни, которые мы по происхожденію называемъ Понтійскими. Види ихъ различны: одни имѣютъ золотыя, другіе — кровавыя звѣздочки, и послѣдніе считаются священными; ибо тѣ *камни*, которые выбираются ради тщеславія, а не для употребленія, не усыяны каплями, а обрисовываются длинными *полосами разныхъ цвѣтовъ*.

Ипанидъ, главнѣйшая изъ склескихъ рѣкъ, беретъ начало въ *земль* Авхетовъ; *вода* его чиста и чрезвычайно здорова для питья, пока онъ не входитъ въ предѣлы Калипидовъ, гдѣ есть источникъ Эксампей, пользующійся дурною славой за *свою* горькую воду. Этотъ Эксампей, соединившись съ чистою водою, заражаетъ собою *всю* рѣку, такъ что она изливается въ море не походя *сама* на себя [т. е., совершенно измѣнивъ вкусъ воды]. Поэтому мнѣнія разныхъ народовъ объ Ипанидѣ различны: *тѣ*, которые знаютъ его въ верховьяхъ, хвалятъ, а испытавшіе въ низовьяхъ справедливо проклинаютъ.

V. 3 «spilonstoma LGHSA Dicunt; stoma (om. spilon) P, ubi superscr. vel stenon; stenostoma Ammianus; spireonstoma libri Pliniani; debuit esse psilonstoma testibus Ptolemaeo 3, 10, 4, Arriano peripl. 31, 35, Anon. peripl. ponti Eux. 63». Mommsen.

1) Cf. Plin. IV, 79 (supra, p. 171).

2) Cf. Plin. VIII, 109 (supra, p. 188).

3) Cf. Plin. XXXVII, 179.

4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 173); Mela II, 1, 7 (supra, p. 121).

15, 1. Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen <sup>1)</sup>, in quo pisces egregii saporis et quibus ossa nulla sunt nec aliud quam cartilagine tenerrimae. (2) verum Neuri, ut accepimus, statis temporibus in lupos transfigurantur, deinde exacto spatio, quod huic sorti adtributum est, in pristinam faciem revertuntur. (3) populis istis deus Mars est: pro simulacris enses coluntur: homines victimas habent. ossibus adolent ignes focorum. Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi conlimitantur, caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tingitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

(4). Post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera <sup>2)</sup>: quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes profugae reliquerunt. ea causa est quod usque ad mare quod Tabin vocant per longitudinem eius orae quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra sit et immensa deserta, quoad perveniatur ad Seras <sup>3)</sup>. (5) Chalybes et Dahae in parte Asiaticae Scythiae crudelitate ab inmanissimis nihil discrepant. at Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur, canitiem habent auspiciam capillorum: ergo capitis color genti nomen dedit. glauca oculis inest pupula: ideo nocte plus quam die cernunt <sup>4)</sup>.

(6) Apud hos populos nati canes feris anteponuntur, frangunt tauros, leones premunt, quicquid obiectum est: ex quibus causis meruerunt etiam annalibus

Въ землѣ Невровъ беретъ начало рѣка Борисоенъ, въ которой *водятся* очень вкусныя рыбы, въ которыхъ вовсе нѣтъ костей, а только очень нѣжные хрящи. А Невры, какъ намъ извѣстно, въ опредѣленные времена превращаются въ волковъ и затѣмъ по истеченіи срока, который положенъ для этого жребія, принимаютъ прежній видъ. У этихъ народовъ богомъ *считается* Марсъ; вмѣсто кумировъ чтутся мечи; людей они приносятъ въ жертву; огни на очагахъ поддерживаютъ костями. Ближайшіе ихъ сосѣди — Гелоны. Они изъ кожъ *убитыхъ* враговъ выдѣлываютъ какъ одежды для себя, такъ и чапраны для своихъ коней. Съ Гелонами граничатъ Сваирсы, разрисованные синею краскою и съ выкрашенными въ синій *цѣтъ* волосами, притомъ не безъ различія: чѣмъ кто знатнѣе, тѣмъ гуще онъ красится, такъ что мѣтѣ *пустая* окраска служитъ знакомъ низкаго происхожденія.

Затѣмъ *слѣдуютъ* Антропофаги (Людоеды), для которыхъ человѣческія внутренности служатъ отвратительной пищей. Этотъ обычай нечестиваго народа выдаетъ печальное безлюдье прилежащихъ земель, которыя покинули сосѣдніе народы, бѣжавшіе изъ-за *этого* гнуснаго обычая. Въ этомъ *заключается* причина того, что до самаго моря, называемаго Табию, по *всей* длинѣ побережья, обращеннаго къ лѣтнему востоку, лежатъ безлюдныя земли и обширнѣйшія пустыни, пока не придетъ къ Серамъ. Халны и Дати въ азиатской части Скиевъ своей кровожадностью нисколько не отличаются отъ самихъ дикихъ *народовъ*. Албанцы, живущіе на берегу и считающіе себя потомками Иасона, родятся съ бѣлыми волосами, и сѣдну ихъ считаютъ добрымъ знаменіемъ; такимъ образомъ *цвѣтъ* головы далъ имя народу. Въ глазахъ *у нихъ* сѣрый зрачокъ; поэтому они ночью видятъ лучше, чѣмъ днемъ.

Собаки у этихъ народовъ выступаютъ противъ дикихъ звѣрей, одолеваятъ быковъ, побѣждаютъ львовъ и удерживаютъ *зубами* все, что имъ попадетса; по этимъ

V. 5 «statis] *Salm. ex Mela: Neuris statum tempus est; aestatis libri, etiam Dic.*» M.

1) Cf. Plin. IV, 88; Mela II, 1, 6 sq. 2) Cf. Plin. VI, 58 (supra, p. 185). 3) Cf. cap. 50, 1. 4) Cf. Plin. VI, 38 (supra, p. 184); VII, 12 (p. 186).

tradi. (7) legimus petenti Indiam Alexandro a rege Albaniae duos missos, quorum alter sues sibi et ursos oblatos usque eo sprexit, ut offensus degeneri praeda ignavo similis diu accubaret: quem per ignorantiam velut inertem Alexander extinguere imperavit, alter vero monitu eorum qui donum prosecuti fuerant leonem missum necavit: mox viso elephanto notabiliter exultans, beluam primum astu fatigavit, deinde cum summo spectantium horrore terrae adfixit<sup>1)</sup>. hoc genus canes crescunt ad formam amplissimam, terrificis latratibus ultra rugitus insonantes...

причинамъ они заслужили даже упоминанія въ лѣтописяхъ. Мы читали, что двѣ *такія собаки* были посланы царемъ Албанскимъ Александру во время похода *его* на Индію. Одна изъ нихъ съ такимъ презрѣніемъ отнеслась къ выпущеннымъ на нее кабанамъ и медвѣдямъ, что, обиженная недостойной *ея* добычей, долго лежала съ лѣнливымъ видомъ. Александръ, не понимая, *въ чемъ дѣло*, приказалъ убить ее, какъ негодную. Другая умертвила льва, выпущеннаго *на нее* по совѣту тѣхъ, которые привезли ее въ даръ *царю*. Затѣмъ, увидѣвъ слона, она стала дѣлать огромные прыжки, сначала утомила животное хитрыми увертками и затѣмъ повалила на землю къ величайшему ужасу зрителей. Эта порода собакъ достигаетъ огромныхъ размѣровъ и своимъ страшнымъ лаемъ заглушаетъ *даже ревъ быковъ*...

15, 13. Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Essedones qui et ipsi nefandis funestantur inter se cibis. Essedonum mos est parentum funera prosequi cantibus et proximorum corrogatis coetibus corpora ipsa dentibus lancinare ac pecudum mixta carnibus dapes facere: capitum etiam ossa auro incincta in poculorum tradere ministeriam.

Среди Антропофаговъ въ азиатской части числятся Эсседоны, которые также оскверняются гнусною пищею. У Эсседоновъ есть обычай сопровождать погребеніе родителей пѣснями и, созвавъ собранія ближайшихъ *родственниковъ*, разрывать зубами самые трупы *умершихъ* и, смѣшавъ ихъ съ мясомъ домашняго скота, устраивать пиршества, а кромѣ того обдѣлывать въ золото кости череповъ и употреблять ихъ въ качествѣ чашъ для питья.

(14) Scythotauri pro hostiis caedunt advenas. Nomades pabula secuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiae perinde in Europa siti neque mirantur aliena neque sua diligunt. Satarthae usu auri argentique damnato in aeternum se a publica avaritia vindicarunt<sup>2)</sup>. (15) Scytharum interius habitantium asperior ritus est: specus incolunt: pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus molliuntur: amant proelia: interemptorum cruorem e vulneribus ipsis bibunt: numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probum est: (16) haustu mutui san-

Скиноотавры рѣжутъ пришельцевъ для жертвоприношенія. Номады переходятъ на *разныя* пастбища. Георги, живущіе въ Европѣ, занимаются земледѣліемъ. Аксиаки, также живущіе въ Европѣ, не завидуютъ чужому и не дѣлать своего. Сатархи, осудивъ употребленіе золота и серебра, навсегда освободили себя отъ общественной жадности. У Скиноотавровъ, живущихъ далѣе *внутри страны*, образъ жизни болѣе суровый: они живутъ въ пещерахъ; чаши выдѣлываютъ не такъ, какъ Эсседоны, а изъ череповъ враговъ; любить битвы; кровь убитыхъ пьютъ изъ са-

V. 26. «asiatae] HSP, asyatae A, a. siatae L, assiatae G; Asiatae Melae lib. Vat. ut libri Pliniani 4, 82; Axiatae Salmasius; cf. Πασιίτης Ptol. 3, 5, 11 et Ἀξιίτης Ptol. 3, 5, 18. 3, 10, 14. Mommsen.

1) Cf. Plin. VIII, 149, 150 (supra, p. 189).

2) Cf. Mela II, 1, 10 sq. (supra, p. 122).

guinis foedus sanciant non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina... (17) Colchorum urbem Dioscuriadem Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis condiderunt<sup>1)</sup>, a quibus Heniochorum gens exorta est.

15, 18. Ultra Sauromatas in Asia situs, qui Mithridati latebram et quibus originem Medi dederunt, confines sunt Thali his nationibus quas ab oriente contingunt Caspii maris fauces<sup>2)</sup>: quae fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt aestibus. (19) Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt. sed Araxes brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit ac deinde in Caspium fertur mare. (20) Arimaspi circa Gesclithron positi unica gens est.<sup>3)</sup> ultra hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa nivibus: Pterophoron dicunt, quippe casus continuantium pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum. (21) damnata pars mundi et a rerum natura in nubem aeternae caliginis mersa ipsisque prorsus aquilonis conceptaculis rigentissima. sola terrarum non novit vices temporum nec de caelo aliud accipit quam hiemem sempiternam<sup>4)</sup>.

15, 22. In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen: nam cum auro et gemmis affluent, grypes tenent universa, alites ferocissimi et ultra omnem rabiem saevientes. quorum inmanitate obistente ad venas divites accessus rarus est: quippe visos discerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiae temeritatem<sup>5)</sup>. (23) Arimaspi cum his dimicant ut intercipient lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitatem. smaragdis hic locus

мнѣхъ ранѣ; съ числомъ убійствъ увеличивается слава, а бытъ свободнымъ отъ нихъ [т. е. никого не убить] у нихъ считается позоромъ. Договоры они освящаютъ взаимнымъ высасываніемъ крови, не по своему только обычаю, но и по заимствованному у Мидянъ ученію... (17) Колхидскій городъ Діоскуріаду основали возницы Кастора и Поллукса Амфитъ и Керкіи, отъ которыхъ произошло племя Иніоховъ.

За живущими въ Азии Савроматами, которые дали убѣжище Мидриадату и происходятъ отъ Мидянъ, Фалы граничатъ съ тѣми племенами, которыя на востоѣ достигаютъ устья Каспійскаго моря; эти устья удивительнымъ образомъ бѣдѣютъ водою при дождяхъ и наполняются ею при жарахъ. Иніохскія горы разливаютъ Араксъ, а Мосхійскія—Фасидъ; Араксъ беретъ начало на небольшомъ разстояніи отъ истоковъ Евфрата и затѣмъ течетъ въ Каспійское море. Аримаспы, живущіе около Гесклирона, суть одноглазое племя. За ними и хребтомъ Рифейскимъ есть страна, покрытая вѣчными снѣгами. Ее называютъ Птерофоромъ (Пероконою), потому что тамъ постоянно падающій снѣгъ представляетъ собою что-то похожее на перья. Это—осужденная часть свѣта, погруженная природою въ тучу вѣчнаго мрака и совершенно оцѣпенѣвшая отъ самыхъ вмѣстлицъ Аввилона: единственная земля, которая не знаетъ смѣны времени года и ничего другого не получаетъ отъ неба, кромѣ постоянной зимы.

Въ Азіатской Скѣіи есть земля богатыя, но необитаемая: онѣ изобилуютъ золотомъ и дорогими камнями, но всѣмъ тамъ владѣютъ грны, весьма свирѣныя и доходящія до крайняго бѣшенства птицы; вслѣдствіе ихъ свирѣлости доступъ къ богатымъ жиламъ рѣдокъ: онѣ растерзываютъ всѣхъ, кого увидятъ, какъ бы рожденныя для наказанія безразсудной жадности. Съ ними сражаются Аримаспы, чтобы добыть камней, которыхъ качества мы не

V. 4. «Amphitus Plinio quique ex eo pendent, Amphistratus Strab. 11, 2, 12 p. 496 et Eust. ad Dion. 680 et Iust. 42, 3, 3». || Ibid. cercius] L cum Ammiano... telchius Plinii codices, frudius vel frandius Iustini, Πείλας Strabo et Eustathius. || V. 17. gesclithron (γῆς κλειθρον) Salmasius cum Plinii ed. Dalecampiana (gesolithron, gensclitheron, gensclithon etc. libris).

1) Cf. Plin. IV, 16 (supra, p. 179).

2) Cf. Plin. VI, 17, 19 (ibid.).

3) Cf. Plin. VII, 10

(supra, p. 186).

4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 173).

5) Cf. Plin. VII, 10.



patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit: nam licet sint et Aegyptii et Chalcedonii et Medici et Laconici, praecipuus est honor Scythicis...<sup>1)</sup>

(28) et cyaneus e Scythia est, optimus si caeruleo coruscabit...<sup>2)</sup> (29) istic et crystallus, quem licet pars maior Europae et particula Asiae subministret, pretiosissimum tamen Scythia edit...<sup>3)</sup>

16, 1. Fabulae erant Hyperborei et rumor irritus, si quae illinc ad hos usque fluxerunt, temere forent credita: sed cum probissimi auctores et satis vero idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. de Hyperboreis rem loquemur. incolunt pone Pterophoron, quem ultra aquilonem accepimus iacere. (2) gens beatissima. eam Asiae quidam magis quam Europae dederunt. alii statuunt mediam inter utrumque solem, antipodum occidentem et nostrum renascentem: quod aspernatur ratio, tam vasto mari duos orbis interfluente. sunt igitur in Europa. (3) apud quos mundi cardines esse credunt et extimos siderum ambitus, semestrem lucem, aversum una tantum die solem: quamquam existant qui putent non cotidie ibi solem ut nobis, sed vernali aequinoctio exoriri, autumnali occidere: ita sex mensibus infinitum diem, sex aliis continuam esse noctem. de caelo magna clementia: aerae spirant salubriter: nihil noxium flatus habent. domus sunt nemora vel luci; in diem victum arbores subministrant. (4) discordiam nesciunt: aegritudine non inquietantur; ad innocentiam omnibus aequale votum. mortem accersunt et voluntario interitu castigant obeundi tarditatem: (5) quos satietas vitae tenet, epulati delibatique de rupe nota praecipitem casum in maria destinant: hoc sepulturae genus optimum arbitrantur. (6) aiunt etiam solitos per virgines probatissimas primitiva frugum Apollini Delio missitare: verum hae quoniam perfidia hospitem non inliba-

преминемъ описать. Эта мѣстность — родина смарагдовъ, которымъ Теофрастъ далъ третье *мѣсто* по достоинству между камнями. Хотя есть *смарагды* и египетскіе, и халкидонскіе, и мидійскіе, и лаконскіе, но въ особенной чести скинскіе...

И лазурный камень также *происходитъ* изъ Скинѣи; онъ считается самымъ лучшимъ, если отливаешь голубымъ... Здѣсь и *южный* хрусталь, который, правда, добывается въ большей части Европы и небольшой части Азіи, но самый цѣнный составляетъ Скинѣю...

Объ Ипербореяхъ ходили басни и ложные слухи, такъ что напрасно было бы вѣрить тому, что достигало оттуда до насъ; но когда вполне честные и достаточно достовѣрные писатели сообщаютъ одинаковыя свѣдѣнія, никто не долженъ бояться лжи. *Итакъ*, мы сообщимъ объ Ипербореяхъ; живутъ они за «Пероноскою» *страною*, которая, какъ мы знаемъ, лежитъ по ту сторону Аввигона. Это — блаженнѣйшій народъ; нѣкоторые относятъ его скорѣе къ Азіи, чѣмъ къ Европѣ; другіе полагаютъ, что онъ *живетъ* посрединѣ между двумя солнцами: антиподнымъ заходящимъ и нашимъ восходящимъ; но этого не допускаетъ разумъ, такъ какъ между двумя частями свѣта разлито столь обширное море; стало быть, они находятся въ Европѣ. Полагаютъ, что у нихъ находятся мировыя оси и крайніе обходы созвѣздій, шестимѣсячный свѣтъ и заходящее на одинъ только день солнце; хотя нѣкоторые думаютъ, что тамъ солнце *восходитъ и заходитъ* не ежедневно, какъ у насъ, но въ весеннее равноденствіе восходитъ, а въ осеннее заходитъ: такимъ образомъ *въ теченіе* шести мѣсяцевъ продолжается безконечный день, а въ другіе шесть — постоянная ночь. Климатъ тамъ очень мягкій, вѣтры дуютъ цѣлбно: *изъ* дуновеніе не имѣетъ ничего вреднаго; жилищами служатъ лѣса или рощи, ежедневную пищу доставляютъ деревья. *Жители* не знаютъ раздоровъ, не тревожатся скорбью, у всѣхъ одинаковій объѣтъ не-

V. 17: «gens beatissima, quod in orationis tenorem non recte receptum est, remansit ex iis quae proxime praecedunt apud Plinium 4, 90: hoc genus sepulturae beatissimum». Mommsen.

1) Sequitur descriptio smaragdi. Cf. Plin. XXXVII, 65 (supra, p. 199). 2) Cf. Plin. XXXVII, 119 (supra, p. 200).

3) Sequitur descriptio crystalli. Cf. Plin. XXXVII, 23.

tae revenissent, devotionis quam peregre prosequerentur pontificium mox intra fines suos receperunt<sup>1)</sup>.

17, 1. Altera in Asia gens est ad initium orientis aestivi, ubi deficient Rhiphaeorum montium iuga. Hyperboreis similes dicunt Arimphaeos. et ipsi gaudent frondentibus arbustorum: bacas edunt. iuxta viros et feminas taedet crinium; uterque sexus comas tondent. amant quietem, non amant laedere. (2) sacri habentur attrectarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas ducitur. quicumque periculum a suis metuit, si ad Arimphaeos transfugerit tutus est, velut asylo tegatur. (4) ultra hos Cimmerii et gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticae plagae terga Scythicum inrumpit Oceanum<sup>2)</sup>.

19, 1. ...Ante Borysthenem Achillis insula est cum aede sacra, quam aedem nulla ingreditur ales: et quae forte advolaverit, raptim fugam properat<sup>3)</sup>. (2) Oceanum septentrionalem ex ea parte, qua a Propanisso amne Scythia adluitur, Hecataeus Amalcium appellat, quod gentis illius lingua significat congelatum. Philemon a Cimbris ad promunturium Rubeas Morimarusam dicit vocari, hoc est mortuum mare: ultra Rubeas quicquid est Cronium nominat<sup>4)</sup>.

винности. Они призываютъ смерть и исправляютъ ея заповѣдальность добровольной гибелью: если кто пресытится жизнью, тѣ, угостившись яствами и питіями, стремясь бросаются въ море съ извѣстной скалы: такой родъ погребенія *они* считаютъ наилучшимъ. Говорятъ еще, что они имѣли обычай посылать Аполлону Дилосскому начатки плодовъ съ наиболѣе чтимыми дѣвицами; но такъ какъ онѣ, вслѣдствіе вѣроломства гостепріимцевъ, не возвращались перастѣнными, то они скоро ограничили своими предѣлами исполненіе обѣта, который совершали на чужбинѣ.

Есть другое племя въ Азіи у начала лѣтнаго востока, гдѣ кончаются хребты Рифейскихъ горъ. Говорятъ, что Аримфей подобны Иперборейцамъ. Они также наслаждаются зеленою кустарниковъ и питаются ягодами. *Какъ* мужчины, *такъ* и женщины не любятъ длинныхъ волосъ: оба пола *коротко* стригутъ волосы. Они любятъ покой, не любятъ вредить *другимъ*. Они считаются священными и трогать ихъ даже у самыхъ свирѣпыхъ народностей признается грѣхомъ. Всякій, кто боится опасности у своихъ, — безопасенъ, если перебѣжитъ къ Аримфеямъ, какъ бы укрытый въ *священномъ* убищѣ. За ними *живутъ* Киммерійцы и племя Амазонокъ, простирающееся до Каспійскаго моря, которое, разлившись въ тылу Азіатской земли, изливается въ Скиѣскій океанъ.

...Передъ Борисееномъ есть островъ Ахилла съ священнымъ храмомъ, въ который не залетаетъ ни одна птица; а которая случайно залетитъ, немедленно удаляется. Сѣверный океанъ въ той части, которую омывается Скиѣя отъ рѣки Пропанисса, Еватей называетъ Амалкійскимъ, что на языкѣ туземцевъ означаетъ замершій. Филимонъ говоритъ, что *этотъ океанъ* отъ земли Кимвровъ до мыса Рубея зовется Моримаруса, т. е. Мертвое море, а всю *часть его*, которая находится за Рубеемъ, онъ называетъ Кроновымъ моремъ.

1) Cf. Plin. IV, 89—91 (supra, p. 174). Plin. IV, 93 et X, 78 (supra, p. 175 et 191).

2) Cf. Plin. IV, 34—36 (supra, p. 183). 4) Cf. Plin. IV, 94, 95 (supra, p. 176).

3) Cf.

3. Mare autem Caspium ex altero Ponti latere ultra Massagetas et Apalaeos Scythas esse in Asiatica plaga dulce Alexandro Magno probatum est, mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis haustibus periclitari fidem voluit. (4) id evenire produnt e numero fluminum, quorum tanta copia ibi confluit, ut naturam maris vertant. non omiserim quod per idem tempus eidem Magno licuit ex India diebus octo ad Bactros usque Dalierum flumen, quo influit Oxum amnem, pervenire, deinde mare Caspium, inde per Caspium ad Cyri amnis penetrare fluentum, qui Armeniae et Hiberiae fines interluit. (5) itaque a Cyro diebus non amplius quinque itinere terreno subvectis navibus ad alveum Phasidis pertendit: per cuius excursus in Pontum usque Indos advehi liquido probatum est<sup>1)</sup>. (6) auctor est Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum in insulam Abalciam triduo navigari: eius magnitudinem immensam et paene similem continenti: nec longe Oaeones separari, quos qui habitent vivant ovis avium marinarum et avenis vulgo nascentibus: (7) perinde alias propter constitutas aequae insulas, quarum Hippopodes indigenae humana usque ad vestigium forma in equinos pedes desinunt: (8) esse et Phanesiorum, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua viscerum illis contegant nec amiculum aliud sit quam ut membra membranis aurium vestiant<sup>2)</sup>.

9. Antequam digrediamur a Scythia, religio est praeterire, quaenam peculiariae sint ferae Scythiae. cervi plurimi in hac terra: igitur cervos persequemur. mares generis huiusce cum statum tempus venerem incitavit, saeviunt rabie libidinis. (10) feminae licet prius conserantur, non

Каспійское море съ другой стороны Понта за Массагетами и Скинами-Апалаеями въ Азіатской землѣ отличается прѣсною водою; это испытано Александромъ Великимъ, а затѣмъ Помпеемъ Великимъ, который во время Митридатовской войны, какъ передаетъ его сослуживецъ Варронъ, пожелалъ лично [досл. самими глотками] удостовѣриться *въ этомъ*. Полагаютъ, что это происходитъ отъ *большого* числа рѣкъ, которыя изливаются туда въ такомъ количествѣ, что измѣняютъ природныя свойства моря. Не умолчу, что въ то же время тому же Великому удалось въ 8 дней пройти изъ Индіи въ Бактрію до рѣки Даліера, гдѣ она впадаетъ въ р. Оксъ, затѣмъ къ Каспійскому морю, а отсюда черезъ Каспій проникнуть къ теченію р. Кира, которая течетъ по границѣ Арменіи и Иверіи. Отъ Кира онъ не болѣе какъ въ 5 дней прибылъ къ руслу Фасида сухимъ путемъ, возоча съ *собою* суда. Его походами доказано, что къ Понту *можно* проѣхать изъ Индіи по водѣ. Ксенофонтъ Лампсакскій свидѣтельствуетъ, что отъ Скинскаго побережья три дня морскаго пути до острова Абалкин; островъ этотъ—огромной величины и почти похожъ на материкъ; недалеко отдѣлены Оеоны, жители которыхъ питаются лицами морскихъ птицъ и дико растущими злаками; дагѣ другіе, одинаково расположенные острова, туземные *жители* которыхъ Иппоподы (Коневогіе), у которыхъ человѣкоподобныя до слѣда тѣла оканчиваются лошадиными ногами. Есть и *острова* Фанесіевъ, у которыхъ уши расширяются до такой огромной величины, что они закрываютъ ими все остальное тѣло и не носятъ другой одежды, кромѣ того, что одѣваютъ члены кожей ушей.

Прежде чѣмъ разстаться со Скинеией, было бы грѣшно обойти *молчаніемъ*, какія животныя свойственны Скинеіи. Въ этой землѣ *водятся* въ огромномъ количествѣ олени; итакъ, займемся оленями. Самцы этой породы при наступленіи опредѣленнаго времени течки, бываютъ очень буйны

V. 12: Scripturae varietatem ignoti nominis *Dalierum* v. in ed. Momms. Cf. Plin. 6, 52: in Bactros VII diebus ex India perveniri ad Iacrum flumen quod in Oxum influat. «*Scriptisne Solinus usque ad alterum flumen quod?*» Mommsen.

1) Cf. Plin. VI, 50—52 (supra, p. 185).

2) Cf. Plin. IV, 95 (supra, p. 176).

concupiunt ante Arcturi sidus. nec qualibet partus suos educant. teneros studio occultant et absconditos inter profunda fruticum vel herbarum pedum verbere castigant ad latendum. (11) cum maturuit ad fugam robur, exercitio docent cursus et adsuescunt salire per abrupta. acceptis canum latratibus secundo vento vias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. mirantur sibilum fistularum: rectis auribus acutissime audiunt, submissis nihil. stupent omnia: propterea facilius obvios se praebent sagittantibus. (12) si maria tranent, non aspectu petunt litora, sed olfactu: infirmos ponunt in ultimo et lassorum capita clunibus per vias sustinent. e cornibus quod dextrum fuerit efficacius est ad medellam: (13) si fugare angues gestias, utrum velis ures, quae ustrina praeterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis. pro aetate ramos augent. id incrementum in sexennes perseverat: deinceps numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora: (14) quae quidem castratis numquam crescunt, nec tamen decidunt. (15) dentes monstrant senectutem, cum aut pauci inveniuntur aut nulli. serpentem hauriunt et spiritu narium extrahunt de latebris cavernarum. dictamnum ipsi prodiderunt, dum eo pasti excutiunt accepta tela. (16) herbam quoque quam cinarem vocant contra noxia edunt gramina. adversus venena mirificum est innulei coagulum occisi in matris suae utero. patuit numquam eos febrescere, quam ob causam confecta ex medullis eorum unguina sedant calores hominum languentium. (17) legimus plurimos matutinis diebus cervinam carnem degustare solitos sine febribus longaevos fuisse; quod demum proderit si uno vulnere fuerint interempti. ad dinoscendam vivacitatem Alexander Magnus torques plurimis cervis innexuit, qui post annum centesimum capti necdum senii indicium praeferebant<sup>1)</sup>.

отъ полового возбужденія. Самки, хотя бы были оплодотворены раньше, не зачинаютъ до звѣзды Арктура. Дѣтенышей заботливо воспитываютъ. Маленькихъ старательно прячутъ и, скрывъ въ густыхъ кустарникахъ или въ травѣ, ударами ногъ побуждаютъ прятаться. Когда сила ихъ окрѣпнеть для бѣгання, онѣ упражняютъ ихъ въ бѣгъ и приучаютъ прыгать черезъ кручи. Услышавъ собачій лай, направляютъ бѣгъ по вѣтру, чтобы запахъ удался вмѣстѣ съ ними. Любятъ свистъ флейтъ; съ опущенными ушами слышать отлично, съ опущенными — ничего не слышатъ. Отличаются любовитствомъ ко всему; поэтому легко идутъ на встрѣчу охотникамъ. Переплывая моря, ищутъ берега не зрѣніемъ, а обоняніемъ; слабыхъ помѣщаютъ сзади и попеременно поддерживаютъ на крупахъ головы утомленныхъ. Изъ роговъ тотъ, который былъ правымъ, дѣйствительнѣе въ качествѣ лѣкарства. Если желаешь прогнать змѣй, сожги любой *роза*; это жженіе, кромѣ того, своимъ смрадомъ открываетъ пороки, если у кого есть паучья болѣзнь. Число вѣтвей на *розахъ* увеличивается съ лѣтами; это увеличеніе продолжается до 6 лѣтъ; послѣ того рога не могутъ быть вѣтвистыѣ, но могутъ быть толще. У холощенныхъ самцовъ рога никогда не растутъ, но и не отпадаютъ. Зубы показываютъ старость, когда ихъ мало, или совсѣмъ нѣтъ. Они ѣдятъ змѣй и дышавіемъ поздрей извлекаютъ ихъ изъ глубокихъ норъ. Они сами выдали лсенець, такъ какъ, поѣвъ его, выбрасываютъ полученныя стрѣлы. Кромѣ того, они ѣдятъ противъ вредныхъ растеній траву, называемую *синагис*. Противъ ядовъ удивительно полезно творожистое вещество плода, убитаго въ утробѣ матери. Было открыто, что они никогда не страдаютъ лихорадкой, и по этой причинѣ мази, составленныя изъ ихъ мозговъ, умѣряютъ жаръ больныхъ людей. Мы читали, что очень многие люди, имѣвшіе привычку по утрамъ ѣсть олеину, были долголѣтны безъ лихорадокъ; но это помогаетъ только въ такомъ случаѣ, если олени погибли отъ одной раны. Для опредѣленія живучести Александръ Великій на-

1) Cf. Plin. VIII, 112—119.

(19) Eadem paene specie sunt quos tragelaphos dicunt, sed non alibi quam circa Phasidem apparent: tantum quod illi villosos habent armos et menta promissis hirta barbis <sup>1)</sup>.

20. Mons Saevo ipse ingens nec Rhiphaeis minor collibus initium Germaniae facit. Inguaeones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit <sup>2)</sup>. (2) dives virum terra, frequens populis numerosis et inmanibus, extenditur inter Hercynium saltum et rupes Sarmatarum, ubi incipit Danuvio, ubi desinit Rheno perfunditur. <sup>3)</sup> de internis eius partibus Alba Guthalus Vistla amnes latissimi praecipitant in Oceanum <sup>4)</sup>....

20, 4. in hoc tractu sane et in omni septentrionis plaga visontes frequentissimi, qui bovis feri similes, saetosi colla, iubas horridi, ultra tauros pernicitate, capti adsuescere manu nesciunt. (5) sunt et uri, quos inperitum vulgus vocant bubalos, cum bubali paene ad cervinam faciem in Africa procreantur. <sup>5)</sup> istis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant <sup>6)</sup>. (6) est et alce mulis comparanda, adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora vestigia pasci non queat... <sup>7)</sup> (8) de germanicis insulis Gangavia maxima est, sed nihil in ea magnum praeter ipsam. Nam Glaesaria dat crystallum, dat et sucinum: quod sucinum Germani gentiliter vocant glaesum. (9) qualitas materiae istius summatis antea, Germanico autem Caesare omnes Germaniae oras scrutante conperta: arbor est pinei generis, cuius mediale autumni tempore sucino lacrimat, sucum esse arboris de nominis capessas qualitate: pinum vero, unde sit gignitur, si usseris, odor indicabit, pretium operae est scire longius, ne Padanae silvae

дѣль ошейники на множество оленей, которые, будучи пойманы чрезъ сто лѣтъ, еще не обнаруживали признаковъ старости.

Почти такой же видъ имѣютъ такъ называемые трагелафы (козлы-олени), но они нигдѣ не водятся, кромѣ какъ по Фасиду; они имѣютъ только косматя лопатки и длинныя бороды.

Гора Сэво, также огромная и не меньшая Рифейскихъ горъ, составляетъ начало Германіи. Ее занимаютъ Ингвэоны, отъ которыхъ первыхъ послѣ Скивовъ начинается имя Германцевъ. Земля эта богата населеніемъ, изобилуетъ многочисленными и свирѣпыми народами. Простирается она между Геркинскимъ лѣсомъ и Сарматскими скалами. Въ началѣ орошается Данувиемъ, а въ концѣ—Рейномъ. Изъ внутреннихъ ея частей текутъ въ Океанъ очень широкія рѣки Альба, Гуэаль и Вистла....

Въ этой мѣстности и во всей сѣверной странѣ въ изобиліи водятся визонты (зубры); они похожи на дикаго быка, со щетинистой шеей, съ торчащей гривой, проворствомъ *движеній* превосходятъ быковъ, пойманные не могутъ быть приручены. Есть и уры (туры), которыхъ невѣжественная чернь зоветъ буйволами, тогда какъ буйволы, видомъ почти схожіе съ оленями, водятся въ Африкѣ. У этихъ *животныхъ*, которыхъ мы называемъ урами, бычачьи рога вырастаютъ до такой длины, что, будучи сняты, ради *своей* значительной емкости употребляются въ качествѣ сосудовъ для питья за царскими столами. Есть и лось, котораго можно сравнить съ мулами, съ такой отвислой верхней губой, что не можетъ пасти съ иначе, какъ отступая назадъ по своимъ слѣдамъ... Изъ германскихъ острововъ самый большой—Гангавія, но на немъ нѣтъ ничего великаго, кромѣ *его* самого. За то Глэсарія производитъ кристаллъ и янтарь, который Германцы на своемъ языкѣ называютъ glaesum. Качества этого продукта раньше *были известны только* въ общихъ чертахъ, а *нынѣ* узнаны *помяте*

6. Sed redeamus ad Claudium. nam ut superius diximus, [triginta] illi Gothi, qui evaserant eo tempore, quo illos Marcianus est persecutus, quosque Claudius emitti non siverat, ne id fieret, quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverunt praedas. denique Scytharum diversi populi Peuci, Grutungi, Austrogoti, Tervingi, Visi, Gipedes, † Celtae etiam et Eruli praedae cupiditate in Romanum solum [in rem publicam] venerunt atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius dumque se ad id bellum, quod confecit, imperatorie instruit, ut videantur fata Romana boni principis occupatione lentata. sed credo ut Claudii gloria ad cresceret eiusque fieret gloriosior toto penitus orbe victoria. armatarum denique gentium trecenta viginti milia tunc fuere... adde servos, adde familias, adde carraginem et epotata flumina consumptasque silvas. laborasse denique terram ipsam, quae tantum barbarici tumoris exceptit. 7. extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad populum, qua indicat de numero barbarorum. quae talis est 'Senatui populoque Romano Claudius princeps'. hanc autem ipse dictasse perhibetur... 'patres conscripti, militantes audite, quod verum est. trecenta viginti milia barbarorum in Romanum solum armati venerunt. haec si vicero, vos vicem reddite meritis. si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. fatigata est tota res publica. pugnamus post Valerianum, post Ingenium, post Regalianum, post Lollianum, post Postumum, post Celsum, post mille alios, qui contemptu talis principis a republica defecerunt. non scuta, non spathae, non pila iam supersunt. Gallias et Hispanias vires rei publicae Tetricus tenet et omnes sagittarios, quod pudet dicere, Zenobia possidet. quidquid fecerimus, satis grande est'. hos igitur Claudius ingenita illa virtute superavit. hos brevi tempore attrivit. de his vix aliquos ad patrium solum redire permisit...

Но возвратимся къ Клавдію. Какъ мы сказали выше, тѣ Готы, которые спаслись во время преслѣдованія ихъ Маркіаномъ и которыхъ Клавдій не позволялъ выпускать, чтобы не случилось то, что *дѣйствительно и случилось*, — *эти Готы* подстрекнули всѣхъ своихъ соплеменниковъ къ *захвату* Римской добычи. Наконецъ разные Скиѣскіе народы, *именно* Певки, Грутунги, Австроготы, Тервинги, Визы, Гипеды, а также Кельты и Ерулы, жаждая добычи, вступили въ Римскіе предѣлы и произвели тамъ сильное опустошеніе, пока Клавдій занятъ былъ другими и пока онъ по императорски готовился къ той войнѣ, которую окончилъ, чтобы казалось, что судьбы Римскаго народа замедлены занятіями добраго государя, но *на самомъ дѣлѣ*, я думаю, чтобы возрасла слава Клавдія и его побѣда болѣе прославилась на всемъ земномъ кругѣ. Тогда собралось 320 тысячъ вооруженныхъ *изъ разныхъ племенъ*... прибавь къ *этому* рабовъ, прибавь семьи, прибавь укрѣпленія изъ повозокъ и выпитыя рѣки и истребленные *на топливо* лѣса. Страдала наконецъ сама земля, которая приняла столько варварской гордыни. 7. Существуетъ письмо самого *Клавдія* посланное сенату для прочтенія народу и заключающее въ себѣ указаніе на число варваровъ. Оно таково: «Государь Клавдій *желаетъ здравія* сенату и народу Римскому». Полагають, что онъ самъ диктовалъ это *письмо*:... «Отды сенаторы, вслушайте отъ воющихъ вѣрныя извѣстія. Триста двадцать тысячъ варваровъ съ оружіемъ пришли на Римскую землю. Если я одержу надъ ними побѣду, вы воздайте должное заслугамъ; если не одержу побѣды, знайте, что я хочу сражаться послѣ Галліена. Все государство истомлено. Мы сражаемся послѣ Валеріана, послѣ Ингенуя, послѣ Регаліана, послѣ Лолліана, послѣ Постума, послѣ Целса и послѣ тысячи другихъ, которые измѣнили государству изъ презрѣнія къ такому государю.

V. 2. *triginta* del. Gruterus. || V. 8. «*Peucini* vulgo. *Peuci* probavit Müllenhoffius in Hauptii diario antiquitatis Germanicae VIII 185 provocans ad Zosimi I 42 Πευκαί. || Ibid. *trutungi* C *Salmas*. Ammiani 'Gruthungi' comparat *Grutungi* Müllenhoffius rectius *Greutungos* esse dicens. || Ibid. *austrogoti* C || *virtinguisigypedes* C. *Virtingi*, *Sigipedes* vulgo. *Tervingi*, *Visi*, *Gipedes* Müllenhoffius. *Celtes* quin corruptum sit non dubitavit Müllenhoffius p. 188 cf. p. 223, *etiam* quoque non sanum esse suspicans, coniecit *Getae Istriani*: *Salmas*. *Celtes* coniecit uterque dubitanter. || V. 10. *in rem publicam* delevit Salmasius.

8. habuerunt praeterea duo milia navium, duplicem scilicet numerum quam illum, quo tota pariter Graecia omnisque Thessalia urbes Asiae quondam expugnare conata est. sed illud poeticus stilus fingit, haec vera continet historia. Claudio igitur scriptores adulamus, qui duo milia navium barbarorum et trecenta viginti milia armorum delevit, oppressit, attrivit, qui carraginem tantam, quantam numerus hic armorum sibimet aptare potuit et parare, nunc incendefecit, nunc cum omnibus familiis Romano servitio deputavit, ut docetur eiusdem epistola, quam ad Iunium Brocchum scripsit Illyricum tuentem. 'Claudius Broccho. delevimus trecenta viginti milia Gothorum. duo milia navium mersimus. tecta sunt flumina scutis. spathis et lanceolis omnia litora operiuntur. campi ossibus latent tecti. nullum iter purum est. ingens carrago deserta est. tantum mulierum cepimus, ut binas et ternas mulieres victor sibi miles possit adiungere'. 9... pugnatum est enim apud Moesos et multa proelia fuerunt apud Marcianopolin, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captae diversarum gentium nobiles feminae, impletae barbaris servis senibusque cultoribus Romanae provinciae. factus miles barbari colonus e Gotho, nec ulla fuit regio, quae Gothum servum triumphali quodam servitio non haberet. quid boum barbarorum nostri videre maiores! quid ovium, quid equarum, quas fama nobilitat, Celticarum. hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius et securitate rem publicam et opulentiae nimietate donavit. pugnatum praeterea est apud Byzantios ipsis qui super fuerant Byzantiis fortiter facientibus, pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant barbari. pugnatum

Нѣтъ уже ни щитовъ, ни мечей, ни копій. Галлія и Испанія, *лучшія* силы государства, занимается Тетрикъ и — стыдно сказать — Зинovia владѣть всѣми стрѣльцами. Чтобы мы ни совершили, все велико». И такъ этихъ-то одолѣлъ Клавдія съ врожденной его доблестью, ихъ побѣдилъ въ короткое время, изъ нихъ лишь немногимъ дозволилъ вернуться въ родную землю.

8. Кроме того, они имѣли 2000 кораблей, т. е. двойное число противъ того, съ которыми нѣкогда цѣлая Греція и вся Фессалія пыталась завоевать города Азія. Но то *событіе* выдумало поэтическое перо, а это содержитъ достовѣрная исторія. И такъ мы, писатели, превозносимъ Клавдія, который уничтожилъ, подавилъ и стеръ съ лица земли 2000 варварскихъ кораблей и 320000 вооруженныхъ *модей*, который или сжегъ или вмѣстѣ со всѣми семьями отдалъ въ рабство Римлянамъ такой вагенбургъ, какой могло приспособить и приготовить себѣ такое число вооруженныхъ. Объ этомъ свидѣтельствуетъ письмо, написанное имъ же къ защитнику Иллирика Юнію Брокху. «Клавдія Брокху. Мы уничтожили 320 тысячъ Готеовъ и потопили 2000 кораблей. Рѣки покрыты щитами; всѣ берега завалены мечами и копьями; поля скрыты подъ покрывающими ихъ костями; ни одна дорога не чиста. Огромный вагенбургъ покинуть. Мы взяли столько женщинъ, что *всякій* солдатъ побѣдитель можетъ захватить себѣ по двѣ или по три женщины». 9... Бились въ Мезію, и много сраженій произошло при Маркіанополѣ, многіе погибли при крушеніи кораблей, большинство царей взято въ плѣнъ, захвачены благородныя женщины разныхъ племенъ, Римскія области наполнены варварскими рабами и стариками-земледѣльцами. Изъ варваровъ сдѣланы воины, изъ Готеовъ колонисты. Не было ни одной страны, которая не получила бы Готескихъ рабовъ при этомъ какъ бы триумфальномъ обращеніи въ рабство. Сколько варварскихъ быковъ видѣли наши предки! сколько овецъ, сколько прославленныхъ молвою Кельтскихъ кобылицъ!

V. -29. «e Gotho C. locum corruptum putavit Salmas. de P non recte referens. miles ex barbaro, colonus e Gotho Mommsenus».



in diversis regionibus et ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gothi prorsus, utiam tunc Constantio Caesari nepoti futuro videretur Claudius securam parare rem publicam.

Это всецѣло относится къ славѣ Клавдія. Клавдій подарилъ государству и безопасность и чрезвычайное богатство. Кромѣ того произошла битва подъ Византіей, при чемъ сами оставшіеся въ живыхъ византійцы дѣйствовали храбро. Была битва и подъ Фессалоникой, которую осадили варвары въ отсутствіе Клавдія; были битвы въ разныхъ мѣстахъ, и повсюду подъ auspiciis Клавдія Готы были разбиты на голову, такъ что уже тогда казалось, что Клавдій готовитъ *сполнѣ* обезопасенное государство Констанцію, будущему внуку — Кесарю.

11... (p. 129, 27 sq.) Antiochiano et Orfito consulibus <sup>1)</sup> auspicia Claudiana favor divinus adjuvit. nam cum se Haemimontum multitudo barbararum gentium, quae superfuerant, contulisset, illic ita fame ac pestilentia laboravit, ut iam Claudius dedignaretur et vincere. denique finitum est asperri- mum bellum terroresque Romani nominis sunt depulsi...

...Въ консульства Антиохіана и Орфита божеское благоволеніе помогло владычеству Клавдія. Именно, множество варварскихъ племенъ, оставшихся въ живыхъ, собралось на Гемимонтѣ, но тамъ такъ пострадало отъ голода и морової болѣзни, что Клавдію противно было даже побѣждать ихъ. *Тогда* наконецъ окончилась эта весьма жестокая война, и прогнаны были страхи Римскаго народа...

12. Fuerunt per ea tempora et apud Cretam Scythae et Cyprum vastare temptarunt, sed utique morbo exercitu laborante superati sunt.

Въ тѣ времена Скиѣмъ были и у Крита и попытались опустошить Кипръ, но потерпѣли поражение вследствие того, что войско ихъ страдало отъ болѣзни.

Finito sane bello Gothico gravissimus morbus increbuit tunc, cum etiam Claudius adfectus morbo mortalis reliquit et familiare virtutibus suis petit caelum. quo ad deos atque ad sidera demigrante Quintillus frater eiusdem, vir sanctus et sui fratris, ut vere dixerim, frater delatum sibi omnium iudicio suscepit imperium... sub hoc barbari, qui superfuerant, Anchialo vastata conati sunt Nicopolim etiam optinere. sed illi provincialium virtute obtriti sunt...

Уже по окончаніи Готеской войны стала свирѣпствовать жесточайшая болѣзнь, и пораженный ею Клавдій покинулъ смертныхъ и удалился на сродное его доблестямъ небо. Когда онъ переселился къ богамъ и звѣздамъ, братъ его Квинтиллъ, мужъ достопочтенный и, по справедливости говоря, *истинный* братъ своего брата, принялъ власть, предложенную ему по общему приговору... При немъ оставшіеся въ живыхъ варвары, опустошивъ Анхіаль, сдѣлали попытку овладѣть также Никополею, но потерпѣли поражение, благодаря доблести жителей провинціи...

#### FLAVII VOPISCI SYRACVSII

#### DIVVS AVRELIANVS.

3... (p. 138, 1 sq.) an Platonem magis commendat quod Atheniensis fuerit quam

#### ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО

#### БОЖЕСТВЕННЫЙ АВРЕЛИАНЪ.

...Развѣ Платона больше рекомендуетъ то, что онъ былъ Аѳенянинъ, чѣмъ

1) A. 270 p. Chr.

quod unicam sapientiae munus induxerit? an eo minores inveniuntur Aristoteles Stagiritis Eliatesque Zenon aut Anacharsis Scythia, quod in minimis nati sint viculis, cum illos ad caelum omnis philosophiae virtus extulerit?...

то, что онъ былъ одаренъ высочайшею мудростью? Или развѣ Стагиритъ Аристотель, Элеецъ Зенонъ и Скиецъ Анахарсидъ будутъ поставлены ниже его за то, что родились въ очень маленькихъ деревенькахъ, когда всяческая философская доблесть превознесла ихъ до небесъ?...

6.... (p. 139, 12 sq.) privati huius [sc. Aureliani] multa extant egregia facinora. nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis praesidiariis solus attrivit. refert Theoclius Caesareanorum temporum scriptor Aurelianum manu sua bello Sarmatico una die quadraginta et octo interfecisse, plurimis autem et diversis diebus ultra nongentos quinquaginta...

...Въ частной жизни Аврелиана было много отличныхъ подвиговъ. Такъ напр., онъ одинъ съ 300 гарнизонныхъ разгромилъ въ Иллириѣ вторгшихся Сарматовъ; писатель кесарскихъ временъ Теоклій сообщаетъ, что Аврелианъ во время Сарматской войны въ одинъ день собственноручно убилъ 48 неприятелей, а въ разные (весьма много) дни болѣе 950...

Cap. 13 (p. 144, 21) commemoratur Amulius Saturninus Scythici limitis dux.

16... (p. 146, 23 sq.) illud tamen constat omne contra Meotidas bellum divum Claudium nulli magis quam Aureliano credidisse.

...Извѣстно, что божественный Клавдій никому не вѣрилъ кромѣ Аврелиана веденіе всей войны противъ Мэотидскихъ племенъ.

17. Extat epistula, quam ego ut soleo fidei causa, immo ut alios annalium scriptores fecisse video inserendam putavi. 'Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem. expetit a te munus solitum nostra res publica. adgredere. quid moraris? tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos. Gothi oppugnandi sunt. Gothi a Thraciis amovendi. eorum enim plerique Haemimontum Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt. omnes exercitus Thracicos, omnes Illyricanos totumque limitem in tua potestate constituo'... secundis igitur proeliis usus auspiciis Claudianis rem publicam in integrum reddidit atque ipse statim, ut supra diximus, consensu omnium legionum factus est imperator.

Существуетъ письмо, которое я считаю необходимымъ вставить въ *свой* *рассказъ* по своему обыкновенію ради достовѣрности, а также видя, что такъ поступали и другіе лѣтописцы. «Флавій Клавдій *дорогому* своему Валерію Аврелиану *желаетъ* здравія. Наше государство требуетъ отъ тебя обычнаго дара. Приступай. Къ чему медлишь? Я желаю, чтобы войны пользовались твоимъ руководствомъ и трибуны — твоимъ предводительствомъ. Нужно воевать съ Готами, отбить Готовъ отъ Тракин; ибо *ими* терзаютъ Гемимонтъ и Европу по большей части тѣ изъ нихъ, которые бѣжали, когда ты участвовалъ въ битвахъ. Я ставлю подъ твою власть всѣ Тракійскія и Иллирійскія войска и всю границу»... Итакъ *Аврелианъ* *несколькими* счастливыми битвами подъ auspiciis Клавдія возстановилъ государство и вскорѣ *затѣмъ* самъ, какъ мы сказали выше, съ согласія всѣхъ легионовъ былъ поставленъ императоромъ.

18... (p. 147, 13 sq.) item Aurelianus contra Suevos et Sarmatas isdem temporibus vehementissime dimicavit ac florentissimam victoriam rettulit...

...Аврелианъ въ тѣже времена весьма храбро сражался также съ С Sveвами и Сарматами и одержалъ *надъ ними* блестящую побѣду...

22... (p. 150, 20 sq.) [Aurelianus] contra Palmyrenos id est contra Zenobiam, quae filiorum nomine orientale tenebat imperium, iter flexit. multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. nam in Thraciis et in Illyrico occurrentes barbaros vicit, Gothorum quin etiam ducem Cannabam sive Cannabauden cum quinque milibus hominum trans Danuvium interemit...

...[Аврелианъ] направилъ путь противъ Пальмирянъ, т. е. противъ Зеновiи, которая правила Восточной имперiей именемъ сыновей. На этомъ пути онъ покончилъ много важныхъ войнъ. Именно, во Фракии и въ Иллирии онъ побѣдилъ выступившихъ на встрѣчу варваровъ, а кромѣ того за Данувиемъ уничтожилъ готскаго вождя Каннабу или Каннабауда съ пятью тысячами людей...

30... (p. 155, 20 sq.) pacato igitur oriente in Europam Aurelianus redit victor atque illic Carporum copias adfixit et cum illum Carpicum senatus absentem vocasset, mandasse e loco fertur 'superest, patres conscripti, ut me etiam Carpiscum vocatis'. carpisculum enim genus calciamenti esse satis notum est. quod cognomen deforme videbatur, cum et Gothicus et Sarmaticus et Armeniacus et Parthicus et Adiabenicus diceretur.

...Умиротворивъ Востокъ, Аврелианъ побѣдоносно возвратился въ Европу и тамъ разгромилъ толпы Карповъ. Когда сенатъ заочно назвалъ его Карпскимъ, онъ, говорятъ, немедленно отвѣтилъ: «Остается, отцы сенаторы, чтобы вы назвали меня еще Carpiscum». Известно, что carpisculum есть родъ обуви. Это прозвище казалось *ему* безобразнымъ, такъ какъ онъ *уже* назывался и Готскимъ, и Сарматскимъ, и Арменiйскимъ, и Паряинымъ, и Адiавинскимъ.

33.... (p. 157, 20 sq.) [In Aureliani triumpho] fuit alius currus quattuor cervis iunctus, qui fuisse dicitur regis Gothorum. quo, ut multi memoriae tradiderunt, Capitolium Aurelianus invectus est, ut illic caederet cervos, quos cum eodem curru captos vovisse Iovi optimo maximo ferebatur... praeter captivos gentium barbararum Blemmyes Axomitae Arabes eudaemones Indi Bactriani Hiberi Saraceni Persae cum suis quique muneribus, Gothi Alani Roxolani Sarmatae Franci Suevi Vandali Germani religatis manibus captivi processerunt... 34. ductae sunt et decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat, cum multae essent interemptae, quas de Amazonum genere titulus indicabat. praelati sunt tituli gentium nomina continentes...

...[Въ триумфѣ Аврелиана] была другая колесница, запряженная четырьмя оленями и, какъ говорятъ, принадлежавшая Готскому царю. На ней, какъ сообщаютъ многіе *писатели*, Аврелианъ въѣхалъ на Капитолій, чтобы тамъ зарѣзать оленей, взятыхъ съ тою же колесницею и, по преданiю, посвященныхъ имъ Юпитеру всевышнему... Кромѣ плѣнныхъ пѣз варварскихъ племенъ въ процессiи шли съ связанными руками въ національной одеждѣ плѣнные Блеммiи, Аксомиты, Счастливые Арабы, Индiйцы, Бактрианцы, Иверы, Сарацины, Персы, каждый со своими дарами, Готы, Аланы, Роксоланы, Сарматы, Франки, Свевы, Вандалы и Германцы... 34. Были ведены также десять женщинъ, которыхъ онъ взялъ въ плѣнъ, когда онъ въ мужскомъ убранствѣ сражался среди Готовъ, при чемъ многіа другiя были пе-

ребиты; надпись гласила, что онѣ *происходятъ* изъ рода Амазонокъ. Впереди были несены надписи, содержавшія имена народовъ...

39... (p. 161, 22 sq.) cum vastatum Illyricum ac Moesiam deperditam videret [Aurelianus], provinciam Transdanuvinam Daciam a Traiano constitutam sublato exercitu et provincialibus reliquit desperans eam posse retineri adductosque ex ea populos in Moesia conlocavit appellavitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias dividit...

...Видя опустошеніе Иллирика и разгромъ Мезіи, [Авреліанъ] покинулъ провинцію заданайскую Дакію, учрежденную Траяномъ, отчаявшись въ возможности удержать ее; онъ упразднилъ въ ней войско и провинціальныя власти и выведенные изъ нея народы поселилъ въ Мезію, назвавъ своей Дакіей *ту область*, которая нынѣ раздѣляетъ двѣ Мезіи...

41... (ex oratione Taciti senatoris de Aureliano, p. 163, 14 sq.) illum Saraceni Blemmyes Axomitae Bactriani Seres Hiberi Albani Armenii populi etiam Indorum veluti praesentem paene venerati sunt deum...

...(Изъ рѣчи сенатора Тацита объ Авреліанѣ). Сарацины, Блеммій, Аксомиты, Бактрианцы, Серы, Иберы, Албанцы, Арменцы, а также народы Индійскіе чтли его почти какъ земнаго бога...

#### FLAVII VOPISCI SYRACVSII

TACITVS.

13... (p. 177, 26 sq.) et quoniam a Maeotide multi barbari eruperant, hos eisdem consilio atque virtute compressit [Tacitus]. ipsi autem Maeotidae ita se gregabant, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum convenissent auxilium daturi nostris, si necessitas postularet...

#### ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО

ТАЦИТЪ.

...Такъ какъ отъ Мэотиды выступили многіе варвары, то [Тацитъ] подавилъ ихъ съ умомъ и доблестью. Сами Мэотиды собрались подъ тѣмъ предлогомъ, что они будто бы по призыву Авреліана пришли подать помощь нашимъ въ Персидской войнѣ, если бы *тою* потребовала необходимость...

#### FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROBVS.

12... (Ex oratione Manlii Statiani senatoris, p. 193, 10 sq.) enim vero quae mundi pars est, quam ille non vincendo didicerit?... iam vero quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos ac Persas atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis insignia...

#### ФЛАВІЯ ВОПИСКА СИРАКУЗСКАГО

ПРОБЪ.

...(Изъ рѣчи сенатора Манлія Стаціана). Какая есть часть свѣта, которой онъ не изучилъ бы, побѣждая?... Что мнѣ говорить о Сарматахъ, что о Готвахъ, что о Парфиянахъ съ Персами и о всей Понтійской сторонѣ? Повсюду явствуютъ доказательства доблести Проба...

16... (p. 196, 8 sq.) in Illyrico Sarmatas ceterasque gentes ita contudit, ut prope sine bello cuncta reciperet, quae illi diripuerant. tetendit deinde iter per Thracias atque omnes Geticos populos fama rerum territos et antiqui nominis potentia pressos

...Въ Иллирикѣ онъ такъ разгромилъ Сарматовъ и другія племена, что почти безъ войны отобралъ назадъ все, что они награбили. Затѣмъ онъ направилъ путь къ Фракіямъ и принялъ въ подданство или въ дружбу всѣ Гетскіе народы, испуганные

aut in deditionem aut in amicitiam recepit. his gestis orientem petit...

18. Facta igitur pace cum Persis ad Thracias redit et centum milia Basternarum in solo Romano constituit. qui omnes fidem servaverunt. sed cum et ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset id est ex Gipedis et Greuthungis et Vandalis, illi omnes fidem fregerunt et occupato bellis tyrannicis Probo per totum paene orbem pedibus et navigando vagati sunt nec parum molestiae Romanae gloriae intulerunt. quos quidem ille diversis vicibus variisque victoriis oppressit, paucis domum cum gloria redeuntibus, quod Probi evasissent manus. haec Probus cum barbaris gessit.

молвою объ ея дѣяніяхъ и подавленные могуществомъ стариннаго имени. Послѣ этихъ дѣяній онъ направился на Востокъ...

18. Заключивъ миръ съ Персами, *Пробъ* возвратился во Фракію и поселилъ на Римской землѣ 100.000 Бастерновъ. Всѣ они соблюли вѣрность. Но когда онъ подобнымъ же образомъ переселилъ очень многихъ и изъ другихъ племенъ, т. е. Гипедовъ, Грвтуновъ и Вандаловъ, всѣ они нарушили вѣрность и, пока Пробъ былъ занятъ войнами съ тираннами, стали бродить почти по всей землѣ сухимъ путемъ и на корабляхъ и причинили не мало тяготы Римской славі. Впрочемъ Пробъ подавилъ ихъ въ разные времена и разными побѣдами, при чемъ *лишь* немногіе вернулись домой, славясь *тѣмъ*, что ускользнули изъ рукъ Проба. Такова стала дѣятельность Проба по отношенію къ варварамъ.

## BONOSVS.

15... (p. 212, 22 sq.) filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoque eius in honore habita et usque ad mortem salario praestito. fuisse enim dicitur, ut et avus meus dicebat, femina singularis exempli et familiae nobilis, gentis tamen Gothicae. quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat, ut per eum a Gothis cuncta cognosceret. erat enim illa virgo regalis. extant litterae ad legatum Thraciarum scriptae de his nuptiis et donis, quae Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa iussit. quas ego inserui. 'Aurelianus Augustus Gallonio Avito salutem. superioribus litteris scripseram ut optimates Gothicas apud Perinthum conlocares decretis salariis, non ut singulae acciperent, sed ut septem simul unum convivium haberent. cum enim divisae accipiunt, et illae parum sumunt, et res publica plurimum perdit. nunc tamen, quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta brevem infra scriptum omnia, quae praecipimus; sumptu etiam publico nuptias celebrabis' 1)...

## БОНОЗЪ.

...[Бонозъ] оставилъ двухъ сыновей, которыхъ обоихъ пощадилъ Пробъ, причемъ и жена его содержалась въ почетѣ и до смерти получала содержаніе. Говорятъ (такъ говорилъ и мой дѣдъ), что она была примѣрная женщина и благороднаго происхожденія, но изъ Готскаго рода. Аврелианъ далъ ее въ жены Бонозу для того, чтобы чрезъ него все разузнавать насчетъ Готтовъ; ибо она была дѣвушка царской семьи. Существуетъ письмо къ фракійскому легату относительно этой свадьбы и даровъ, которые Аврелианъ повелѣлъ выдать Бонозу по поводу свадьбы. Я привожу его. «Аврелианъ Августъ Галлонію Авиту *желаетъ* здравія. Въ предыдущемъ письмѣ я писалъ, чтобы ты помѣстилъ знатныхъ Готскихъ *женщинъ* въ Перинѣ и опредѣлялъ имъ содержаніе, но не такъ, чтобы онѣ получали его по одиночкѣ, а чтобы по семи вмѣстѣ имѣли общежитіе. Ибо когда онѣ получаютъ *содержаніе* раздѣльно, то имъ приходится мало, а государство теряетъ очень много. Но теперь, такъ какъ мы рѣшили выдать Гунилу за Боноза, ты

1) Sequitur laterculus munerum, quem omitti posse censui.

дашь ему по прилагаемому ниже списку все, что ми приказываесть, и справивъ свадьбу на казенный счетъ»...

FLAVII VOPISCI SYRACUSII  
CARVS NUMERIANVS  
ET  
CARINVS.

8. (p. 218, 14 sq.) ingenti apparatu et totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra Persas profectus nullo sibi accurrente Mesopotamiam Carus cepit...

ФЛАВІЯ ВОПІСКА СИРАКУЗСКАГО  
КАРЪ, НУМЕРІАНЪ  
И  
КАРИНЪ.

Когда съ огромнымъ приготовленіемъ и всѣми силами Проба была по большей части устранена Сарматская война, которую онъ велъ, Каръ двинулся противъ Персовъ и, никого не встрѣтивъ на пути, взялъ Месопотамію...

9... (p. 219, 17 sq.) bonum principem Carum fuisse cum multa indicant, tum illud etiam, quod statim adeptus imperium Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut invasuros se non solum Illyricum, sed Thracias quoque Italiamque minarentur, ita inter bella patiendo contudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donaverit occisis Sarmatarum sedecim milibus, captis diversi sexus viginti milibus...

...Что Каръ былъ хорошимъ государемъ, *объ этомъ* свидѣтельствуеъ какъ многое *другое*, такъ и слѣдующій фактъ. Сарматы послѣ смерти Проба возгордились такъ, что стали грозить вторженіемъ не только въ Иллирикъ, но и во Фракію и въ Италію, но *Каръ* немедленно по получении власти такъ разгромилъ ихъ среди *другихъ* войнъ, что въ нѣсколько дней обезпечилъ безопасность Панноніи, убивъ 16000 Сарматовъ и взявъ въ плѣнъ 20000 обоего пола...

PVBILIVS OPTATIANVS  
PORFYRIVS.

ПУБЛИЛІЙ ОПТАТІАНЪ  
ПОРФИРІЙ.

[Современникъ Константина Великаго, по всей вѣроятности тождественный съ praefectus urbis 329 и 333 годовъ. Отправленный по неизвѣстной намъ причинѣ въ ссылку, онъ прислалъ императору къ 20-лѣтію его царствованія сборникъ изъ 20 панегирическихъ стихотвореній, который очень понравился Константину и снялъ помилованіе автору. Кромѣ этихъ 20 стихотвореній сохранилось еще нѣсколько. Они отличаются крайне искусственнымъ построениемъ, образуя акростихи, телестихи, равныя фигуры и пр. См. Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* IV, 1, стр. 10 сл. — Текстъ: *Publilii Optatiani Porfyrii carmina* rec. Luc. Mueller. Lips. 1877].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

CARMINA.

СТИХОТВОРЕНІЯ.

Carm. VI, v. 15 commemorantur «Sarmaticae strages».

C. VII, v. 32 Constantinus nuncupatur «Victor Sarmatiae totiens».

C. VIII, v. 27 sq. dicitur «Claudius invictus bellis insignia magna virtutum» tulisse «Gothico de milite parva» (непобѣдимый въ войнахъ Клавдій приобрѣлъ за доблести великія отличія, добытыя отъ Готскаго войска).

Carm. XVIII, vv. 5—12.

Torva Getas campo clarus ut lumina perdit,  
Vult curvo turmae felix sua comminus ictu  
Armenii dux ferre levis, sol, te quoque pila.  
Sic et victa refert exortos Dacia Francos.  
Lege tuus tonso Rhenus tibi germinat exul  
Agmina, telorum subeant qui murmure bella.  
Vincere florenti Latiales Sarmata ductu  
Rex tibi posse Getas viso dat limite, ultor.

Какъ славный Геть на полѣ *битвы* не бросаетъ *болше* мрачныхъ взоровъ на *тебя*, и вождь непостоянной Арменіи, счастливый боковымъ ударомъ *своею* отряда, желаетъ къ тебѣ, о Солнце, принести на *помощь* свои коня. Такъ побѣжденная Дакія напоминаетъ о поднявшихся *противъ* Рима Франкахъ. Твой изгнанникъ Рейнъ по закону роститъ для тебя острогой отряды, чтобы они взяли за войну подъ шумъ копій. Царь Сарматскій, мститель за *Римское государство*, даетъ тебѣ, увидѣвъ границы, возможность, чтобы Латини побѣдили Гетовъ подъ блестящимъ водительствомъ.

## ORIGO CONSTANTINI IMPERATORIS.

(Anonymi Valesiani pars prior).

## РОДЪ ИМПЕРАТОРА КОНСТАНТИНА.

(Первая часть Валезіевскаго анонима).

[Подъ именемъ Anonymus Valesii извѣстенъ историческій отрывокъ, найденный въ одной рукописи іезуитомъ Яковомъ Сирмондомъ и изданный впервые въ 1636 г. Валезіемъ въ концѣ изданія Амміана. Отрывокъ состоитъ изъ 2-хъ частей, изъ коихъ первая обнимаетъ собою годы 298—337 по Р. Хр., а вторая—годы 474—526. По мнѣнію новѣйшихъ ученыхъ, отрывки принадлежатъ разнымъ авторамъ. Авторъ 1-го отрывка былъ, вѣроятно, современникомъ Константина В. и язычникомъ, но его трудъ впоследствии былъ интерполированъ изъ Орозія. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 99. — Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auctorum antiquissim. t. IX: Chronica minora saec. IV. V. VI. VII. Edidit Th. Mommsen. Berol. 1892].

2, 2... Constantinus... obses [fuit] apud Diocletianum et Galerium... quem post depositum imperium Diocletiani et Herculi Constantius a Galerio repetit. sed hunc Galerius obiecit ante pluribus periculis (3). Nam et in Sarmatas iuvenis equestris militans ferocem barbarum capillis tentis raptum ante pedes Galerii imperatoris adduxerat. deinde Galerio mittente per paludem equo ingressus suo viam ceteris fecit ad Sarmatas. ex quibus

...Константинъ... былъ заложникомъ у Діоклетіана и Галерія... Послѣ сложенія власти Діоклетіаномъ и Геркуліемъ Константи́й потребовалъ его отъ Галерія. Но Галерій раньше подвергъ его многимъ опасностямъ. Именно, юношею участвуя въ конномъ походѣ противъ Сарматовъ, онъ схватилъ за волосы свирѣпаго варвара и привелъ его къ ногамъ императора Галерія. Затѣмъ, по приказанію Галерія,

plurimis stratis Galerius victoriam reportavit. Tunc eum Galerius patri remisit...

онъ, вѣхавъ на своемъ конѣ, отерпѣвъ прочпмъ дорогу чрезъ болото къ Сарматамъ и, перебивъ огромное количество ихъ, доставилъ побѣду Галерію. Тогда Галерій отослалъ его къ отцу...

6, 30. Constantinus... adversum Gothos bellum suscepit et implorantibus Sarmatis auxilium tulit. (31) ita per Constantinum Caesarem centum prope milia fame et frigore extincta sunt. tunc et obsides accepit, inter quos Ariarici regis filium. Sic cum his pace firmata in Sarmatas versus est, qui dubiae fidei probabantur. (32) sed servi Sarmatarum adversum omnes dominos rebellaverunt. quos pulsos Constantinus libenter accepit et amplius trecenta milia hominum mixtae aetatis et sexus per Thraciam Scythiam Macedoniam Italiamque divisit... (34) Item Constantinus... Gothorum fortissimas et copiosissimas gentes in ipso barbarico soli sinu hoc est in Sarmatarum regione delevit...

Константинь... предпринялъ войну противъ Готевъ и подалъ помощь умолявшимъ о ней Сарматамъ. Такимъ образомъ, чрезъ Цезаря Константина около ста тысячъ погибли отъ голода и холода. Тогда онъ получилъ и заложниковъ, въ томъ числѣ сына царя Ариарика. Такъ закрѣпивъ миръ съ ними, онъ обратился противъ Сарматовъ, проявившихъ сомнительную вѣрность. Но рабы Сарматовъ возмутились противъ всѣхъ господъ. Константинь охотно принялъ изгнанныхъ и раздѣлилъ болѣе 300000 людей разнаго возраста и пола по Фракіи, Скеніи, Македоніи и Италиі... Также Константинь... истребилъ сильнѣйшія и весьма многочисленныя племена Готевъ въ самомъ довѣ варварской земли, т. е. въ странѣ Сарматовъ...

## IVLIVS FIRMICVS MATERNVS.

## ЮЛІЙ ФИРМИКЪ МАТЕРНЪ.

[Уроженецъ сицилійскій (по всей вѣроятности изъ Сиракузъ), жилъ въ 1-й половинѣ IV в. Сначала былъ адвокатомъ, потомъ занялся астрологіей и въ 334—337 гг. написалъ астрологическое сочиненіе подъ заглавіемъ *Matheseos libri VIII*. Впоследствии принялъ христіанство и въ 346—350 гг. написалъ сочиненіе *De errore profanarum religionum*. Думали, что эти два сочиненія принадлежатъ разнымъ, только сомненнымъ авторамъ. Возраженія противъ этого взгляда см. у Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* IV, 1, стр. 123. — Текстъ: *Corpus scriptorum eccles. Latin.* т. II... Iulii Firmici Materni liber de errore profan. religionum rec. C. Halm. Vindob. 1867].

### LIBER DE ERRORE PROFANARVM RELIGIONVM.

Cap. 15. Palladii etiam quid sit numen audite: simulacrum est ex ossibus Pelopis factum, hoc Abaris Scythia fecisse perhibetur. iam quale sit considerate, quod Scythia barbarus consecravit. estne aliquid apud Scythas humana ratione compositum et illa effera gens hominum et crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata in consti-

### КНИГА О ЗАБЛУЖДЕНІЯХЪ ЯЗЫЧЕСКИХЪ РЕЛИГІЙ.

Послушайте также, что такое кумиръ Палладія. *Это* — изображеніе, сдѣланное изъ костей Пелопса; сдѣлалъ его, по преданію, Скенъ Аваридъ. Итакъ сообразите, каково то, что посвятилъ варваръ Скенъ. Есть ли у Скеневъ что-либо установленное человѣческимъ разумомъ, и это дикое и всегда дѣйствовавшее съ жестокою и



tuendis religionibus rectum aliquid potuit invenire?...

Безчеловѣчною свирѣпостію племя могло ли найти что-либо правильное въ установленіи религиозныхъ вѣрованій?...

## IVLIVS VALERIVS.

## ЮЛІЙ ВАЛЕРІЙ.

[Съ именемъ Юлія Валерія сохраненъ латинскій переводъ псевдокаллистенныхъ сказаній объ Александрѣ Великомъ (ср. т. I, стр. 897). Такъ какъ въ Itinerarium Alexandri (см. ниже) есть очевидные слѣды пользованія этимъ переводомъ, то его происхожденіе относится къ болѣе раннему времени. — Текстъ: Iulii Valerii epitome. Zum Erstenmal herausgegeben von Iulius Zacher. Halle 1867].

I, 2. Quodam igitur tempore nuntiatum est ei [sc. Nectanabo] multas adversus eum gentes una conspiratione atque eadem voluntate consurrexisse, scilicet Indos, Arabes, Phoenicesque, Parthos et Assyrios, nec non et Scythas, Alanos, Oxysdracotas, Seres atque Caucones, Hiberos, Agriophagos, Eupomitas et quaecumque sunt Orientis barbarae gentes...

...Въ нѣкоторое время ему [т. е. Нектанаву] было возвѣщено, что противъ него поднялись многіе народы по одному заговору и съ тождественными намѣреніями, именно Индійцы, Арабы и Финиціане, Парсіане и Ассирійцы, а также Скифы, Аланы, Оксидраконты, Серы, Кавконы, Иверы, Агриофаги, Евномиты и всѣ варварскія племена Востока...

III, 35... [Alexander] condidit urbes duodecim, quas omnes suo de nomine «Alexandriam» nuncupavit... (4) Alexandria in Scythia, ... (6) Alexandria apud Massagetarum...

...[Александръ] основалъ двѣнадцать городовъ, которые всѣ назвалъ по своему имени «Александріями»:... Александрія въ Скиѣи, ... Александрія у Массагетовъ...

## ITINERARIUM ALEXANDRI.

## ДОРОЖНИКЪ АЛЕКСАНДРА.

[Составленъ неизвѣстнымъ авторомъ для императора Констанція (337—361) передъ его походомъ на Персовъ въ 346 или 359 г. и содержитъ исторію персидскихъ походовъ Александра Великаго и Траяна (описание послѣдняго не сохранилось). Несмотря на скромное названіе «дорожника», это сочиненіе представляетъ не перечень маршрутовъ, а связный рассказъ о походахъ. — Текстъ: Arriani Anabasis et Indica em. Fr. Dübner. Reliqua Arriani... Pseudo-Callisthenis historiam fabulosam... nunc primum edidit, Itinerarium Alexandri et indices adiecit Car. Müller. Paris. 1846].

XVI. Is igitur... Thracas quoque animo variantes impigre subegit... eximque cum mari dextro perque Euxinum militans, Maedoti transmissa, jam remeans Gothos irruisset, eos quoque superat bello, die eadem regressus ad suos: tum Dacas<sup>1)</sup> Moesosque

Итакъ онъ... быстро покорилъ также неважныхъ Фракійцевъ... Затѣмъ, воюя на правомъ морѣ и по Евксину и перейдя Мэотиду, уже на возвратномъ пути напалъ на Готевъ и ихъ также одолѣлъ въ битвѣ, въ тотъ же день вернувшись къ своимъ;

1) Dahas C.

et Illyrios Dalmatasque omnes iustis proeliis superat componitque...

потомъ побѣждаетъ въ открытыя бои и усмиряетъ Даковъ, Мезовъ, Иллирійцевъ и всѣхъ Далматовъ...

LXXIV. Eo vero itinere gentes subjugat plurimas: tum Dracas, tum Arachotas barbaros vicinos Indis<sup>1)</sup>, mari Rubro imminentes: Arios quoque qui nuper obsequio defecerant: idque hieme multa iniquum militibus impeditis. Enimvero in hos ducibus inmissis ipse Caucasum tendit amore vincendae difficultatis et illic quoque Alexandriam sibi ad fidem laboris instituit.

На этомъ пути *Александръ* покоряетъ множество племенъ: и Драковъ, и варваровъ Арахотовъ, сосѣдей Индійцевъ, жившихъ по Красному морю, а также Аріевъ, которые незадолго *предъ тѣмъ* отказались повиноваться, и при томъ глубокой зимой, когда солдаты были сильно затруднены. Но противъ нихъ онъ выслалъ воеводъ, а самъ направился къ Кавказу изъ любви къ преодолѣнiю трудностей и тамъ тоже устранилъ себѣ Александрию по мѣрѣ труда.

LXXV. Quam molienti nuntiatur Besum ultra transgressum Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne persequendi<sup>2)</sup> sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque audet in Caucasum longitudine sui Tauro continuum, saxis incondite arduum neque gradibilem, ut videbatur, intersitumque parvis arboribus. Cetera terebinthum<sup>3)</sup> illic aiunt et silphium gigni: quo facile adpasci<sup>4)</sup> oves floris ejus esu et usu frugis et radicium delectatas: eoque et hominibus gaudet carne sola contentis, martiis prorsus et belli usibus amicissimis.

При постройкѣ этого города получается извѣстiе, что Бесъ, пройдя дальше, переправился чрезъ рѣку Оксъ на корабляхъ, которые всѣ сжегъ, чтобы не было охоты къ преслѣдованiю. Итакъ, нисколько не медля, онъ и самъ смѣло идетъ къ Кавказу, по длинѣ соединяющемуся съ Тавромъ, имѣющему довольно неудобныя крутизны, повидному непроходимому и покрытому мелкими деревьями. Говорятъ, что тамъ растутъ теревинты и сильфiй, которыми легко откармливаются овцы, поѣдающiя его цвѣты и очень любящiя ѣсть его плоды и корни. Онъ радуется поэтому и людямъ, довольствующимся однимъ мясомъ, очень воинственнымъ и преданнымъ военному дѣлу.

LXXIX... Ipse ire Maracanda contendit, quae Sogdianis est regia, Tanaimque exim qui subortus e Caucaso ingressurusque Hircanum mare Asiam Europamque dispertit<sup>5)</sup>.

...Самъ *Александръ* направляется къ Маракандѣ, столицѣ Согдиановъ, и затѣмъ къ Танаиду, который, вытекающъ съ Кавказа и впадая въ Иркское море, служитъ границею Азии и Европы...

LXXXI. Quibus gestis Abii Scythae ab Homero justitiae laudati legatione se dedunt moremque gesturos victori profitentur, quantum solis corporibus queant, quo-

Послѣ этого Авин Скионъ, прославленные Омвромъ за праведность, чрезъ посольство заявляютъ о подчиненiи и общаются повиноваться побѣдителю, насколько

1) Tum Dracastrum Arachotas barbaras barbarorum vicinas Indis C. || 2) par sequentis C. «quod fortasse ferri potest». M. || 3) ceteraque vitio bonum illic C. || 4) ad pari C. || 5) dispergit C.

niam quisque pauperior liberior infestatore. Eorum denique moribus delectatus remissis adjungit, studio veri discendi, qui <sup>1)</sup> quid colerent aut viverent, renuntiarent. Ipse progressus ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominem Alexandriis: idque usui cavens, si quando post in eadem militaretur.

могутъ лично [досл. однимъ тѣлами], такъ какъ у нихъ тѣмъ же бѣднѣе, тѣмъ свободнѣе отъ опустошителя. Одобривъ ихъ образъ жизни, онъ отпустилъ *посольство* и изъ желанія узнать истину прибавилъ, чтобы они сообщили, кто что чтить или какъ живетъ. Самъ, пройдя впередъ къ Танану, тамъ тоже устроилъ себѣ городъ, не уступающій по величинѣ и сомнѣнный Александріямъ, *сдѣлавъ* это изъ предосторожности, если когда-нибудь вполнѣдствіи случатся предпринять походъ въ эти же мѣстности.

XCV. Sed reverentiam legatio Scythica de Abiis iterum attulit dictoque audientes fore se muneribus attestabantur. Quae munaera erant filiae regales pulchrae <sup>2)</sup> ingenio vel cultu naturae eius, si suis vellet pignore fidei. Namque ad reliqua sat divites <sup>3)</sup> sunt Abii libertatis pariter et paupertatis... Enim arcus Abiis et sagitta (quod eis totum est) et vitae quaestus et hereditas: sola sagitta venantibus, carne altis abunde et lacte et munitis pellibus ad tolerantiam: cetera pro opibus hospitales et loqui blanda cum moribus.

Скиское посольство снова принесло почтение отъ Авиевъ, которые дарами свидѣтельствовали, что будутъ повиноваться. Эти дары были царскія дочери, прекрасныя по уму... <sup>2)</sup>. Ибо въ остальныхъ отношеніяхъ Авиі достаточно богаты, благодаря равно свободѣ и бѣдности... Ибо у Авиевъ лукъ и стрѣла (это у нихъ—все) *составляютъ* и средство для жизни, и наследство; стрѣла—единственное *оружіе* у охотниковъ, обильно питающихся мясомъ и молокомъ и защищенныхъ шурамп для перенесенія холода; впрочемъ они *по мѣртв* средствъ гостепріимны и по обычаю говорить ласково.

XCVI. Sed Pharasmenes quoque Chorasmiorum rex equites adduxerat Alexandro militatum, vicinus Scythicis Unimammis, in quas sibi hostes praeiret si iuberetur, supra viros ut sciat martias. Alexander vero his Indos praeoptans se ait redire in Graecias ut exim reliqua eius belli agat. Oxum igitur et Sogdianos retractat turbare.

Но и Фарасменъ, царь Хорасмиевъ, привелъ къ Александру всадниковъ для участія въ походѣ; онъ былъ сосѣдомъ скискихъ Одногрудыхъ, къ которымъ, какъ своимъ врагамъ, предлагалъ пройти раньше, если получить приказаніе; ему-де извѣстно, что онѣ воинственны больше мужчинъ. Но Александръ, предпочитая имъ Индійцевъ, сказалъ, что онъ возвращается въ Грецію, чтобы оттуда вести остальную часть этой войны. Итакъ онъ снова старается возмутить Оксъ и Согдіановъ.

1) quidquid C. || 2) flaregalia pulchra C. || 3) ad reliqua ut alias addivites C. Locus corruptus.

## CLAVDIVS MAMERTINVS.

## КЛАВДІЙ МАМЕРТИНЪ.

[Авторъ благодарственной рѣчи къ императору Юліану за консульство, произнесенной въ Константинополѣ 1 января 362 г. Изъ рѣчи видно, что авторъ въ это время былъ уже въ очень пожилыхъ лѣтахъ, стало быть родился въ началѣ IV в. Умеръ онъ позже 368 г. — Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. XI].

GRATIARVM ACTIO  
DE CONSVLATV SVO IVLIANO IMP.

VII... [Principi nostro], ut uno eodemque tempore et componeret fidissimarum provinciarum statum et barbariam omnem ad-moto propius terrore percelleret longissimo cursu Histrum placuit navigari. pro sancta divinitas! quae navigationis illius fuit pompa, cum dexteriore incliti fluminis ripam utriusque sexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo praetexeret, despiceretur ad laevam in miserabiles preces genu nixa barbaria? omnes urbes quae Danuvium incolunt aditae, omnium audita decreta, levati status instaurataeque fortunae, innumerabilibus barbaris data venia et munus pacis indultum...

ВЫРАЖЕНІЕ БЛАГОДАРНОСТИ  
ЗА СВОЕ КОНСУЛЬСТВО ИМП. ЮЛІАНУ.

VII... [Повелитель нашъ], для того чтобы въ одно и то же время и устроить положеніе вѣрвѣйшихъ областей, и поразиить все варварство ближе придвинутимъ ужасомъ, рѣшилъ совершить весьма долгое плаваніе по Истру. О святое божество! Какова была торжественность этого плаванія, когда правый берегъ славной рѣки ополснвалъ непрерывный рядъ людей обо-его пола, всѣхъ сословія, вооруженныхъ и безоружныхъ, а налѣво видѣлось предлонившее колѣна съ жалкими мольбами варварство! Были посѣщены всѣ города, лежащія по Данувію, выслушаны постановленія всѣхъ, облегчено положеніе и воз-становлено благосостояніе, а безчислен-нымъ варварамъ даровано прощеніе, и по-жалованы блага мира...

## DECIMVS MAGNVS AVSONIVS.

## ДЕЦИМЪ МАГНЪ АВЗОНІЙ.

[Извѣстный поэтъ, род. въ началѣ IV в. въ Бурдигалѣ (Бордо), гдѣ отецъ его былъ врачомъ; образование получилъ въ родномъ городѣ и затѣмъ въ Толозѣ подъ руководствомъ дяди. Вернувшись въ Бурдигалу, 30 лѣтъ преподавалъ грамматику и реторику и достигъ такой извѣстности, что около 366 г. императоръ Валентиніанъ поручилъ ему образование своего сына Грациана. Это порученіе послужило для Авзонія началомъ блестящей придворной и административной карьеры, закончившейся консульствомъ въ 379 г. Послѣ убіенія Грациана въ 383 г. Авзоній вернулся въ родной городъ и зажилъ спокойною жизнью частнаго человѣка, продолжая свои литературныя занятія. Умеръ послѣ 393 г. Былъ въ дружбѣ съ Симмахомъ, Дрепаніемъ, Павліномъ Нольскимъ и др. — Текстъ: Decimi Magni Ausonii Burdigalensis opuscula. Rec. Rud. Peiper. Lips. ap. Teubn. 1886].

EPIGRAMMATA.  
XXVI[I]. [De Augusto].ЭПИГРАММЫ.  
[Объ Августѣ].

Vv. 5—10.

Bellandi fandique potens Augustus honorem  
Bis meret; ut geminet titulos, qui proelia  
Musis

...Августъ, могучій на войнѣ и въ  
словѣ, дважды заслуживаетъ почета; за-  
служиваетъ удвоенія титуловъ тотъ, кто

Temperat et Geticum moderatur Apolline  
Martem.  
Arma inter Chunosque truces furtoque nocentes  
Sauromatas, quantum cessat de tempore belli,  
Indulget Clariis tantum inter castra Camoenis.

умѣряетъ битвы Музами и укрощаетъ Гетскаго Марса Аполлономъ. Среди оружія, свирѣпныхъ Хунновъ и вредныхъ грабежами Савроматовъ онъ насколько прекращаетъ военныя дѣйствія, столько же служитъ въ лагерѣ кларійскимъ Каменамъ...

XXVII [III]. Ad fontem Danuvii iussu  
Valentiniani Augusti.

Къ истоку Данувія по повелѣнію Валентиніана Августа.

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus  
Danuvius laetum profero fonte caput.  
Salvere Augustos iubeo, natumque patremque,  
Armiferis alui quos ego Pannoniis.  
Nuntius Euxino iam nunc volo currere ponto,  
Ut sciat hoc superum cura secunda Valens,  
Caede, fuga, flammis stratos periisse Suebos  
Nec Rhenum Gallis limitis esse loco.  
Quod si lege maris refluxus mihi curreret  
amnis,  
Huc possem victos inde referre Gothos.

Я, Данувій, царь Иллирійскихъ водъ, второй *по* тебѣ, Нилъ, весело поднимаю голову изъ источника. Желаю здравствовать Августамъ, и сыну и отцу, которыхъ я вскормилъ въ вооруженныхъ Панноніяхъ. Уже теперь желаю я побѣждать вѣстникомъ Евксинскому Понту, чтобы Валентъ второй предметъ заботы Вышнихъ, зналъ, что погибли Сведы, пораженные рѣзней, бѣгствомъ и пламенемъ, и что Рейнъ *уже* не служитъ границею Галламъ. Если бы мое теченіе обратилось вспять по закону моря, то я могъ бы сюда принести оттуда *тѣтъ* о пораженіи Готевъ.

XXX [IV]. Ad fontem Danuvii iussu  
Valentiniani Augusti.

Къ истоку Данувія по повелѣнію Валентиніана Августа.

Danuvius penitis caput occultatus in oris  
Totus sub vestra iam dicione fluo:  
Qua gelidum fontem mediis effundo Suebis,  
Imperilis gravidas qua feco Pannonias,  
Et qua dives aquis Scythico solvo ostia  
ponto,  
Omnia sub vestrum flumina mitto iugum.  
Augusto dabitur sed proxima palma Valenti:  
Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

Я, Данувій, скрытый головою въ отдаленныхъ краяхъ, уже весь теку подъ вашей властью: *и тамъ*, гдѣ изливаю ледяной источникъ среди Сведовъ, *и тамъ*, гдѣ оплодотворяю чреватия царями Панноніи, *и тамъ*, гдѣ богатый водами выхожу устьями въ Скиѣскій понтъ, — я всѣ рѣки посылаю подъ ваше иго. Но ближайшая пальма будетъ дана Августу Валенту: онъ найдетъ и твои истоки, Нилъ.

«DOMESTICA».

V. Precatio consulis designati pridie Kalendas Ianuarias fascibus sumptis.

Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suebis  
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis;

«ДОМАШНІЯ СТИХОТВОРЕНІЯ».

V. Моленіе предназначеннаго консула наканунѣ январскихъ календъ, при вступленіи въ должность.

Покорены враги, гдѣ Франція, смѣшанная съ Свемами, соперничаетъ въ покор-

Vv. 29—32.

Qua vaga Sauromates sibi iunxerat agmina  
 Chuni,  
 Quaque Getes sociis Histram adsultabat  
 Alanis.

ности, чтобы воевать латинскимъ ору-  
 жіемъ; гдѣ Савроматъ присоединилъ къ  
 себѣ бродячія полчища Хунновъ и гдѣ Геть  
 въ союзѣ съ Аланами тревожилъ набѣгами  
 Истръ...

## X. MOSELLA.

## X. МОЗЕЛЬ.

V. 106 commemorantur stagna binominis Istri.

## XII. TECHNORÆGNION.

XII. ИГРУШКИ ПОЭТИЧЕСКАГО  
ИСКУССТВА.

X, 9. Sicca inter rupes Scythicas stetit  
 alitibus crux,  
 Unde Prometheo de corpore sanguineus ros.

Между снѣжными скалами столѣ для  
 птицъ сухой крестъ, съ котораго изъ тѣла  
 Прометеева сочилась кровавая роса.

*Caucasea sub rupe Prometheus commemoratur Id. XV (Pythagoricum de ambiguitate eligendae vitae) v. 21.*

GRATIANVM ACTIO  
AD GRATIANVM IMPERATOREM  
PRO CONSVLATV.БЛАГОДАРСТВЕННАЯ РѢЧЬ  
КЪ ИМПЕРАТОРУ ГРАЦИАНУ  
ЗА КОНСУЛЬСТВО.

II... Possum ire per omnes appellationes  
 tuas, quas olim virtus dedit, quas proxime  
 fortuna concessit, quas adhuc indulgentia  
 divina meditatur: vocarem Germanicum de-  
 ditione gentilium, Alamannicum traductione  
 captorum, vincendo et ignoscendo Sarmat-  
 icum...

III... Я могу привести всѣ твои про-  
 званія, которыя нѣкогда дала тебѣ до-  
 блестъ, которыя только что допустило  
 счастье, которыя еще задумываетъ боже-  
 ственная милость. Я назвалъ бы тебя  
 Германскимъ за подчиненіе племенъ, Ала-  
 манскимъ за переводъ плѣнныхъ, Сармат-  
 скимъ за побѣду и прощеніе...

Praeterea eodem cap. commemorat auctor Gratiano imperante *uno pacatum esse anno et Danubii limitem et Rheni.*

## S. AVRELIVS VICTOR.

## С. АВРЕЛІЙ ВИКТОРЪ.

[Жилъ во 2-й пол. IV в. Его имя «носятъ сочиненія: *Кесари*, въ которомъ изложена исторія римскихъ императоровъ отъ Августа до Константина, *Извлеченіе изъ сочиненія о Кесаряхъ*, гдѣ эта исторія доводится до смерти Теодосія (сокращеніе, сдѣланное, очевидно, позднѣйшею рукою), *О знаменитыхъ мужахъ города Рима* (de viris illustribus urbis Romae), гдѣ представлено въ біографической формѣ обзорнѣе римской исторіи царскаго періода и времени республики, и наконецъ *Происхожденіе римскаго народа* — сочиненіе, содержащее въ себѣ баснословную исторію отъ Сатурна до Ромула, шеголяющее фальшивою ученостью и принадлежащее или какому-нибудь позднѣйшему грамматику, или, какъ нѣкоторые думаютъ, эпохѣ Возрожденія». Модестовъ, Лекціи по ист. Римской литературы, полное изд. (Спб. 1888), стр. 755. Ср. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 59 сл.—Текстъ: Sexti Aurelii Victoris historia Romana. Ed. stereot. Tauchnitiana. Lips. 1871].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS  
ROMAE.О ЗНАМЕНИТЫХЪ МУЖАХЪ ГОРОДА  
РИМА.

Cap. LXXIV. Lucullus Mithridatis copias ferro et fame affixit; eumque regno suo, id est Ponto, expulit. Quem rursus cum Tigrane rege Armeniae subveniente magna felicitate superavit.

Лукуллъ военными дѣйствіями и голодомъ уничтожилъ силы Митридата, а самого его изгналъ изъ царства, т. е. изъ Понта. Онъ съ большимъ счастьемъ побѣдилъ его вторично вмѣстѣ съ армянскимъ царемъ Тигракомъ, оказывавшимъ ему помощь.

Cap. LXXVI, 6. (Pompeius) mira felicitate nunc in septentrione Albanos, Colchos, Heniochos, Caspios, Hiberos, nunc in oriente Parthos, Arabes atque Iudaeos cum magno sui terrore penetravit.

Cap. 12, § 1. Rex vero Persidis longaevis ille Sapor, et ab ipsis imperitandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, post imperatoris Iuliani excessum et pudendae pacis icta foedera, cum suis paulisper nobis visus amicus, calcata fide sub Ioviano ractorum, iniectabat Armeniae manum, ut eam velut placitorum abolita firmitate dicioni iungeret suae. 2. et primo per artes fallendo diversas nationem omnem renitentem<sup>2)</sup> dispendiis levibus adflictabat, sollicitans quosdam optimatum et satrapas, alios excursibus occupans improvisis. 3. dein per exquisitas periuriisque mixtas inlecebras captum regem ipsum Arsacem adhibitumque in convivium iussit ad latentem trahi posticam, eumque effossis oculis vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum suppliciorum aestimatur esse solacium, exterminavit ad castellum Agabana nomine, ubi discruciatu cecidit ferro poenali. 4. deinde nequid intemeratum perfidia praeteriret, Sauroماعе pulso, quem auctoritas Romana praefecit Hiberiae, Aspacurae<sup>3)</sup> cuidam potestatem eiusdem detulit gentis diademate addito, ut arbitrio se monstraret insultare nostrorum. 5. quibus ita studio nefando perfectis, Cylaci spadoni et Artabanni, quos olim susceperat perfugas, com-

12, 1. Царь Персидскій, знаменитый долговѣчный Сапоръ, съ самаго вступленія на престолъ увлекавшійся страстью къ грабежу, послѣ смерти императора Юліана и по заключеніи постыднаго мирнаго договора, постепенно сталъ казаться нашимъ другомъ *вмѣстѣ* съ своими *подданными*, но на самомъ дѣлѣ, пренебрегну вѣрностью договоровъ въ царствованіе Іовіана, сталъ налагать свою руку на Арменію съ цѣлью присоединить ее къ своимъ владѣніямъ, какъ будто бы вѣрность условій договора уже ослабѣла отъ времени. 2. Сначала онъ путемъ различныхъ обмановъ безпокоилъ всѣ сопротивлявшіяся ему племена легкими потерями, возбуждая нѣкоторыхъ изъ вельможъ и сатраповъ, а другихъ захватывая неожиданными набѣгами. 3. Затѣмъ онъ изыскавшими и вѣроломными приманками завлекъ самого царя Арсака и, пригласивъ его на пиръ, приказалъ стащить къ скрытой задней комнатѣ; выкололъ ему глаза и заковавъ въ серебряныя цѣпи — это считается у нихъ суевернымъ утѣшеніемъ при наказаніяхъ почетныхъ *враговъ*, — сослалъ въ крѣпость Агабану, гдѣ онъ послѣ различныхъ мученій палъ *подъ ударомъ* наказующаго меча. 4. Послѣ этого, чтобы вѣроломство не миновало ничего не-

1) Hom. II, 13, 6 (v. vol. I, p. 299). || 2) omnem renitentem G, hominum [lac. 6 litt.] tentem A, hominum tentem (sine lac.) V. || 3) Aspacurae G, aspauriae V, Aspauri A.

misit Armeniam — horum alter ante gentis praefectus, alter magister fuisse dicebatur armorum — isdemque mandarat, ut Artogerassam intentiore cura excinderent, oppidum muris et viribus validum, quod thesauros et uxorem cum filio tuebatur Arsacis. 6. iniere, ut statutum est, obsidium duces, et quoniam munimentum positum in asperitate montana, rigente tum caelo nivibus et pruinis adiri non poterat, eunuchus Cylaces aptusque ad muliebria palpamenta, Artabanne adscito, prope moenia ipsa fide non amittendae salutis accepta prope veniit, et cum socio ad interiora susceptus ut postulavit, suadebat minaciter defensoribus et reginae motum Saporis inclementissimi omnium lenire deditioe veloci. 7. multis post haec ultro citroque dicitatis, heulanteque muliere truces mariti fortunas, proditiōnis acerrimi compulsos in misericordiam flexi mutavere consilium, et spe potiorum erecti, secretis conloquiis ordinarunt hora praestituta nocturna reclusis subito portis validam manum erumpere, vallumque hostile caedibus adgredi repentinis, ut lateant id temptantes, polliciti se provisuros. 8. quibus religione firmatis egressi biduumque ad deliberandum, quid capessere debeant, sibi concedi clausos petisse adseverantes, in desidiam obsessores traduxerunt et vigiliis, quibus ob securitatem altiore stertitur somno, civitatis aditu reserato iuventus exiluit velox, passibusque insonis expeditis mucronibus repens, cum castra nihil metuentium invasissent, iacentes multos nullis resistentibus trucidarunt. 9. haec inopina defectio necesque insperatae Persarum, inter nos et Saporem discordiarum excitavere causas inmanes, illo etiam accedente, quod Arsacis filium Param suadente matre cum paucis e munimento digressum susceptumque imperator Valens apud Neocaesaream morari praecipit, urbem Polemoniaci ponti notissimam, liberali victu curandam et cultu.

порочнаго онъ изгналъ Савромака, котораго Римскія власти назначили правителемъ Иверіи, и поручилъ нѣкоему Аспакуру управленіе этими племенами, надѣвъ на него и діадему, чтобы показать свое пренебреженіе къ рѣшеніямъ нашихъ властей. 5. Совершивъ это такимъ гнуснымъ образомъ, онъ назначилъ правителями Арменіи еявуха Килака и Артабана, которыхъ нѣкогда принялъ къ себѣ какъ перебѣжчиковъ (одинъ изъ нихъ прежде былъ, говорятъ, правителемъ этого народа, а другой полководцемъ), и поручилъ имъ приложить всѣ старанія, чтобы уничтожить Артогерассу, городъ съ крѣпкими стѣнами и сильнымъ гарнизономъ, гдѣ охранялись сокровища Арсака и его супруга съ сыномъ. 6. Вожди, какъ было рѣшено, приступили къ осадѣ; но такъ какъ къ крѣпости, стоявшей на крутой горѣ, не было доступа въ суровое зимнее время съ снѣгами и инеемъ, то еявухъ Килакъ, умѣвшій уговаривать женщинъ, пригласилъ съ собою Артабана и, получивъ увѣреніе въ безопасности, быстро приблизился къ самымъ стѣнамъ крѣпости и, будучи по своей просьбѣ допущенъ внутрь вмѣстѣ съ своимъ спутникомъ, съ угрозами склонилъ защитниковъ и царицу скорою сдачею смягчить гнѣвъ въ высшей степени немилосерднаго Сапора. 7. Послѣ этого было много говорено съ той и другой стороны, царица оплакивала тяжкую участь своего супруга, и самые ревностные сторонники измѣны, склонившись въ милосердію, измѣнили свое намѣреніе; возбужденные надеждами на лучшее будущее, они въ тайныхъ переговорахъ условились, чтобы въ назначенный напередъ часъ ночи значительный отрядъ, внезапно отворивъ ворота, сдѣлалъ вылазку и произвелъ неожиданную рѣзню на вражескомъ валу, при чемъ обѣщали позаботиться о томъ, чтобы зачинщика остались неизвестными. 8. Подтвердивъ этотъ уговоръ клятвою, они вышли и, увѣряя своихъ, что осаждаемые попросили двухъ дней для совѣщанія о томъ, что имъ слѣдуетъ предпринять, они приучили каждого изъ нихъ къ небрежности; и вотъ въ тотъ часъ, когда враждане, считая себя въ безопасности, особенно крѣпко спали, изъ открытыхъ воротъ города быстро выскочила молодежь, неслышными шагами, съ кинжалами на голо, внезапно ворвалась

Qua humanitate Cylaces et Artabannes illecti, missis oratoribus ad Valentem auxilium eundemque Param sibi regem tributum poposcerunt. 10. sed pro tempore adiumentis negatis per Terentium ducem Para reducitur in Armeniam, recturus interim sine ullis insignibus gentem, quod ratione iusta est observatum, ne fracti foederis nos argueremur et pacis.

11. Hoc conperto textu gestorum Sapor ultra hominem efferatus, concitis maioribus copiis Armenias aperta praedatione vastabat, cuius adventu territus Para itidemque Cylaces et Artabannes, nulla circumspicantes auxilia, celsorum montium petivere secessus, limites nostros disterrimantes et Lazicam, ubi per silvarum profunda et flexuosos colles mensibus quinque delitescentes regis multiformes lusere conatus. 12. qui operam teri frustra contempnans, sidere flagrante brumali, pomiferis exustis arboribus castellisque munitis et castris, quae ceperat superata *vel prodita*<sup>1)</sup>, cum omni pondere multitudinis Artogerassam circumsaepam et post varios certaminum casus lassatis defensoribus patefactam incendit: Arsacis uxorem erutam inde cum thesauris abduxit.

1) vel prodita G, om. V.A.

въ лагерь ничего не подозрѣвавшихъ враговъ и безъ всякаго сопротивленія перерѣзала множество спящихъ. 9. Эта внезапная измѣна и неожиданное избіеніе Персовъ послужили причинами страшныхъ несогласій между нами и Сапоромъ; къ нимъ присоединилось еще то *обстоятельство*, что императоръ Валентъ принялъ подъ свою защиту Арсакова сына Пару, по совѣту матери вышедшаго изъ крѣпости съ немногими людьми, и отвелъ ему для жительства Неокесарію, извѣстный городъ Полемоновскаго Понта, съ тѣмъ чтобы ему доставлялись достаточныя средства для жизни и оказывалось уваженіе.

Увлеченные этимъ челоуѣволюбіемъ Килакъ и Артабанъ послали къ Валенту ораторовъ съ просьбою о помощи и о томъ, чтобы этотъ самый Пара былъ назначенъ къ нимъ царемъ. 10. Но въ помощи имъ было отказано въ виду тогдашнихъ обстоятельствъ, а Пара при посредствѣ полководца Теренція былъ водворенъ въ Арменію съ тѣмъ, чтобы пока принялъ тамъ бразды правленія безъ всякихъ вѣншихъ отличій власти: эта *предосторожность* была принята по вѣрному разсчету, чтобы насъ не могли обвинить въ нарушеніи мирнаго договора.

11. Узнавъ о ходѣ этого сплетенія обстоятельствъ, Сапоръ пришелъ въ нечеловѣческую ярость и, собравъ побольше войскъ, сталъ открыто опустошать Арменію. Испуганный его нашествіемъ Пара, а также и Килакъ съ Артабанномъ, не предвидя ни откуда помощи, удалились въ ущелья высокихъ горъ, составляющія границу нашихъ владѣній и земли Лазовъ; тамъ они скрывались пять мѣсяцевъ въ дремучихъ лѣсахъ и извилистыхъ холмахъ, избѣгая разнообразныхъ попытокъ царя *захватить ихъ*. 12. Послѣдній, вида, что труды его теряются понапрасну, въ самое суровое время зимы, истребилъ плодовые деревья и укрѣпивъ крѣпости и лагера, которыя ему удалось взять силою или измѣною, съ главными своими силами обложилъ Артогерассу и послѣ многихъ удачныхъ и неудачныхъ стычекъ, истомивъ защитниковъ, открылъ себѣ доступъ въ



13. Quas ob causas ad eas regiones Arintheus cum exercitu mittitur comes, suppetias laturus Armeniis, si eos exagitare procinctu gemino temptaverint Persae.

14. Inter quae Sapor immensum quantum astutus et, cum sibi conduceret, humilis aut elatus, societatis futurae specie Param ut incuriosum sui per latentes nuntios increpabat quod maiestatis regiae velamento Cylaci serviret et Artabanni, quos ille praecipuus blanditiarum inlecebris interfecit, capitaque caesorum ad Saporem ut ei morigerus misit.

15. Hac clade late diffusa, Armenia omnis perisset, ni propugnatoris Arinthei adventu territi Persae eam incursare denuo distulissent, hoc solo contenti quod ad imperatorem misere legatos petentes nationem eandem, ut sibi et Ioviano placuerat, non defendi. 16. quibus repudiatis Sauromaces pulsus, ut ante diximus, Hiberiae regno, cum duodecim legionibus et Terentio remittitur, et eum amni Cyro iam proximum Aspacures oravit ut socia potestate consobrini regnarent, causatus ideo se nec cedere nec ad partes posse transire Romanas, quod Ultra<sup>1)</sup> eius filius obsidis lege tenebatur adhuc apud Persas.

17. Quae imperator doctus, ut concitandas ex hoc quoque negotio turbas consilio prudentiaque molliret, divisioni adque Hiberiae, ut eam medius dirimeret Cyrus, et Sauromaces Armeniis finitima retineret et Lazis, Aspacures Albaniae Persisque contigua.

городъ и сжегъ его, а супругу Арсака, захваченную тамъ вмѣстѣ съ сокровищами, увезъ съ собою.

13. Вслѣдствіе этого событія былъ посланъ въ тѣ страны съ войскомъ комитъ Аринеей, чтобы оказать Армянамъ помощь въ случаѣ, если Персы попытаются одолѣть ихъ вторичнымъ походомъ (?).

14. Между тѣмъ Сапоръ, человекъ въ высшей степени хитрый и, смотря по своимъ выгодамъ, то смиренный, то надменный, сталъ, подъ видомъ будущаго союза, чрезъ своихъ тайныхъ пословъ упрекать неосторожнаго Пару въ томъ, что онъ служилъ Килаку и Артабанну прикрытіемъ царскаго достоинства; ослѣпленный такой лестию Пары убилъ ихъ, а головы убитыхъ послалъ къ Сапору въ доказательство своего послушанія.

15. Вѣсть объ этомъ убійствѣ широко разнеслась, и вся Армения *всльдствіе ея* была бы потеряна, если бы Персы, испуганные приближеніемъ защитника Аринеей, не отложили новаго вторженія въ нее, ограничившись только посылкою къ императору пословъ съ просьбою не защищать этого народа, какъ уже рѣшили они съ Иовіаномъ. 16. Это было отвергнуто, и Савромакъ, изгнанный, какъ мы выше сказали, изъ Иверійскаго царства, былъ отправленъ *туда* съ 12-ю легіонами и съ Теренціемъ. Когда онъ уже приблизился къ рѣкѣ Киру, Аспакуръ обратился къ нему съ просьбою, чтобы онъ раздѣлилъ съ нимъ, какъ съ родственникомъ, царскую власть: онъ разсудилъ, что такимъ образомъ и не уступить *власти* и можетъ избѣжать открытаго перехода на сторону Римлянъ, такъ какъ сынъ его Ультра все еще содержался у Персовъ въ качествѣ заложника.

17. Императоръ, узнавъ объ этомъ и желая разумно и осторожно смягчить могущія возникнуть и по этому поводу смуты, согласился на раздѣленіе Иверіи: *рѣка* Киръ должна была раздѣлить ее по срединѣ *на двѣ области, изъ которыхъ* Савромакъ удерживалъ ближайшую къ Армении и Лазамъ, а Аспакуръ — соседнюю съ Албаніей и Персіей.

1) V. Ultra G, ultra A.

18. His percitus Sapor pati se exclamans indigna, quod contra foederum textum iuvarentur Armenii, et evanuit legatio, quam super hoc miserat corrigendo, quodque se non adsentiente nec conscio dividi placuit Hiberiae regnum: velut obseratis amicitiae foribus, vicinarum gentium auxilia conquirebat, suumque parabat exercitum, ut reserata <sup>1)</sup> caeli temperie subverteret omnia, quae ex re sua struxere Romani.

18. Пораженный этимъ Сапоръ закричалъ, что его обижаютъ тѣмъ, что Армянамъ оказывается покровительство вопреки буквѣ договора, что посольство, которое онъ послалъ для его исправленія, было безуспѣшно и что раздѣлъ Иверійскаго царства произошелъ безъ его согласія и даже безъ вѣдома; поэтому, какъ бы закрывъ двери дружбѣ (съ Римлянами), онъ сталъ искать помощи у сосѣднихъ народовъ и готовить свою собственную армию съ тѣмъ, чтобы по наступленіи весенняго времени испровергнуть все, что Римляне устроили въ своихъ видахъ.

## LIBER XXX.

## КНИГА 30-Я.

C. 2, § 1. Haec per Armeniam notabiliter gesta sunt. Sapor vero post suorum pristinam cladem conperto interitu Parae <sup>2)</sup>, quem sociare sibi inpendio conabatur, maerore gravi percussus augenteque nostri exercitus alacritate formidinem, maiora sibi praeseminans, (2) Arsace <sup>3)</sup> legato ad principem misso perpetuam aerumnarum causam deseri <sup>4)</sup> penitus suadebat Armeniam: si id displicuisset, aliud poscens, ut Hiberiae divisione cessante remotisque inde partis Romanae praesidiis Aspacures solus regnare permitteretur, quem ipse praefecerat genti. 3. ad quae Valens in hanc respondit sententiam nihil derogare se posse placitis ex consensu firmatis, sed ea studio curatiore defendere. glorioso proposito contrariae regis litterae hieme iam extrema perlatae sunt, vana causantis et tumida adseverabat <sup>5)</sup> enim non posse semina radicitus amputari discordiarum, nisi intervenissent conscii pacis foederatae cum Ioviano, quorum aliquos vita didicerat abscessisse...

...[Въ 374 году] Сапоръ, послѣ прежняго своего пораженія узнавъ о гибели Пары, котораго онъ всячески пытался привлечь на свою сторону, былъ пораженъ такою скорбію; и такъ какъ радость нашего войска еще увеличивала его страхъ, то, съ цѣлью предупредить большія для себя непріятности, онъ (2) послалъ къ императору легата Арсака съ совѣтомъ окончательно повлинуть Армению, постоянно служившую причиною бѣдъ, а если это будетъ не угодно императору, — то съ другою просьбою, именно отмѣнить раздѣлъ Иверіи, вывести оттуда гарнизоны, поставленные для защиты сторонниковъ Римлянъ, и предоставить царство одному Аспакуру, котораго самъ онъ поставилъ во главѣ *этого* народа. 3. На это Валентъ отвѣчалъ въ томъ духѣ, что онъ ничего не можетъ измѣнить въ рѣшеніяхъ, утвержденныхъ съ общаго согласія, и напротивъ обязанъ защищать ихъ какъ можно ревностнѣе. Уже въ концѣ зимы было доставлено противное *этому* славному предложенію письмо царя, выставившаго пустые и вздутые *предлоги*: онъ, напр., утверждалъ, что сѣмена раздоровъ не могутъ быть вырваны съ корней, если не явятся посредниками *лица*, знающія условія мира, заключеннаго съ Іовіаномъ, изъ коихъ нѣсколькихъ, какъ онъ узналъ, уже не было въ живыхъ...

1) reserata Haupt: serata V, serenata GA. 2) De interitu Parae v. lib. XXX, 1, 1.  
3) Arsace G, arrace VA. || 4) deseri Wagner: deleri codd. || 5) adseverabat G: adseverabat Haupt.

## LIBER XXXI.

## КНИГА 31-я.

Cap. 1, § 1. Interea et Fortunae volucris rota, adversa prosperis semper alternans, Bellonam furis in societatem adscitis armabat maestosque transtulit ad orientem eventus, quos adventare praesagiorum fides clara monebat et portentorum [sequuntur exempla]...

Cap. 2, § 1. Totius autem sementem exitii et cladum originem diversarum, quas Martius furor incendio solito miscendo cuncta concivit, hanc conperimus causam. Hunorum gens monumentis veteribus leviter nota ultra paludes Maeoticas glaciale oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. 2. ubi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altius genae, ut pilorum vigor tempestivus emergens congrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque ulla venustate, spandionibus similes, compactis omnes firmisque membris et opimis cervicibus, prodigosae formae et pavendi<sup>1)</sup>, ut bipedes existimes bestias vel quales in conmarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incompte. 3. in hominum autem figura licet insuavita visi sunt asperi, ut neque igni neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium et semicruda cuiusvis pecoris carne vescantur, quam inter femora sua equorumque terga subsertam fotu calefaciunt brevi. 4. aedificiis nullis umquam tecti sed haec velut ab usu communi discreta vepalca declinant: nec enim apud eos vel arundine fastigatum reperiri tugurium potest, sed vagi montes peragrantes et silvas, pruinas famem sitimque *perferre* ab incunabulis adsuescunt, peregre tecta nisi adigente maxima necessitate non subeunt: nec enim apud eos securos existimant esse sub tectis<sup>2)</sup>... 5. indumentis operiuntur linteis vel ex pellibus silvestrium murum consarcinatis, nec alia illis domestica vestis est, alia forensis, sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata. 6. galeris incurvis capita tegunt, hirsuta crura coriis muniendis

1, 1. Между тѣмъ [въ 375 г.] колесо крылатой фѳортуны, вѣчно чередуя несчастныя и счастливыя явленія, вооружало Беллону въ союзѣ съ фуриями и перенесло на Востокъ горестныя событія, приближеніе которыхъ ясно предвѣщали достовѣрныя предсказанія и чудесныя знаменія...

2, 1. Сѣменемъ всѣхъ несчастій и корнемъ разнородныхъ бѣдствій, которыя возбудила воинственная ярость обичнымъ, все смѣшивающимъ пожаромъ, послужила, какъ намъ извѣстно, слѣдующая причина. Племя Гунновъ, о которомъ мало знаютъ древніе памятники, живетъ за Мэотійскими болотами у Ледовитаго океана и превосходить всякую мѣру дикости. 2. При самомъ рожденіи дѣлаются на щекахъ ребенка глубокіе надрѣзы *острымъ* оружіемъ для того, чтобы ростъ выступающій въ свое время волосъ притулялся образующими морщинами рубцами, и такимъ образомъ они старѣются безбородыми и лишенными всякой красоты, подобно евнухамъ; всѣ они отличаются плотными и крѣпкими членами, толстыми затылками и вообще столь страшнымъ и чудовищнымъ видомъ, что можно принять ихъ за двуногихъ звѣрей или *удобиты* сваями, которыя грубо вытесываются при постройкѣ мостовъ. 3. При столь непріятномъ человѣческомъ обликѣ они такъ дики, что не употребляютъ ни огня, ни приготовленной пищи, а питаются кореньями полевыхъ травъ и полусырымъ мясомъ всякаго скота, которое кладутъ между своими бедрами и лошадиными спинами и скоро нагрѣваютъ пареніемъ. 4. Они никогда не прикрываются никакими строеніями и питаются къ нимъ отвращеніемъ какъ къ гробницамъ, отрѣшеннымъ отъ обичнаго людского обихода. У нихъ нельзя найти даже покрытаго тростникомъ шалаша; кочуя по горамъ и лѣсамъ, они съ кочибели пріучаются переносить холодъ, голодъ и жажду; и на чужбинѣ они не входятъ въ жилища за исключеніемъ развѣ крайней необходимости; у нихъ даже не считается безо-

1) et pavendi *Gardth.*: set pandi *V*, set parvi *Eyssenh.* || 2) post tectis *lac.* 8 *litt.* *V*.

haedinis, eorumque calcei formulis nullis aptati vetant incedere gressibus liberis. quae causa ad pedestres parum adcommodati sunt pugnas, verum equis prope adfixi, duris quidem sed deformibus, et muliebriter isdem non numquam insidentes funguntur muneribus consuetis. ex ipsis quisvis in hac natione pernox et perditus emit et vendit cibumque sumit et potum, et inclinatus cervicis angustae iumentum in altum soporem ad usque varietatem effunditur somniorum. 7. et deliberatione super rebus proposita seriis hoc habitu omnes in commune consultant. aguntur autem nulla severitate regali; sed tumultuario primatum ductu contenti per-rumpunt quicquid inciderit. 8. et pugnant non numquam lacessiti sed ineuntes proelia cuneatim variis vocibus sonantibus torvum. utque ad pernicitatem sunt leves et repenti, ita subito de industria dispersi vigescunt, et inconspicua acie cum caede vasta discurrunt, nec invadentes vallum nec castra inimica pilantibus praeter nimiam rapiditatem<sup>1)</sup> cernuntur. 9. eoque omnium acerri-mos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculis acumine arte mira coagmentatis, et distantia percursa<sup>2)</sup> comminus ferro sine sui respectu configunt<sup>3)</sup>, hostisque, dum mucronum noxias observant, contortis laciniis inligant, ut laqueatis resistentium membris equitandum vel gradiendi adimant facultatem. 10. nemo apud eos arat nec stivam aliquando contingit. omnes enim sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut victu<sup>4)</sup> stabili dispalantur, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant. ubi coniuges taetra<sup>5)</sup> illis vestimenta contextunt et coeunt cum maritis et pariunt et ad usque pubertatem nutriunt pueros. nullusque apud eos interrogatus respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus. 11. per indutias infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentis spei novae perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes. inconsultorum animalium ritu, quid honestum inhonestumve sit penitus ignorantes, flexiloqui et obscuro, nullius religionis reverentia ali-

паснымъ находиться подъ кровлею. 5. Они одѣваются въ одежды холщевыя или сшитыя изъ шкурокъ лѣсныхъ мышей; у нихъ нѣтъ различія между домашней и выходной одеждой; разъ надѣтая тунника устарѣлаго цѣлѣ снимается или мѣняется не прежде, чѣмъ отъ долговременнаго гнѣнія расплывется въ лохмотья. 6. Головы они прикрываютъ кривыми шапками, а волосатые ноги защищаютъ козьими шкурами; обувь, не пригнанная ни на какую колодку, мѣшаетъ выступать свободнымъ шагомъ. Поэтому они плохо дѣйствуютъ въ пѣшихъ стечкахъ; но зато, какъ бы приросшіе къ своимъ выносливымъ, но безобразнымъ навидѣ лошаденкамъ и иногда сидя на нихъ по женски, они исполняютъ всѣ обычныя свои дѣла: на нихъ каждый изъ этого племени ночуетъ и днюетъ, покупаетъ и продаетъ, ѣсть и пьетъ и, пригнувшись къ узкой шеѣ своей скотины, погружается въ глубокой сонъ съ разнообразными сновидѣніями. 7. Если случится разсуждать о серьезныхъ дѣлахъ, они всѣ сообща совѣтуются въ томъ же обычномъ положеніи. Они не подчинены строгой власти царя, а довольствуются случайнымъ предводительствомъ знатнѣйшихъ и сокрушаютъ все, что попадаетъ на пути. 8. Иногда, угрожаемые нападѣніемъ, они вступаютъ въ битвы клинообразнымъ строемъ съ свирѣпыми криками. Будучи чрезвычайно легки на подъемъ, они иногда неожиданно и нарочно расщипаются въ разныя стороны и ринутъ нестройными толпами, разнося смерть на широкое пространство; вслѣдствіе ихъ необычайной быстроты не случается, чтобы они нападали на укрѣпленія или грабили неприятельскій лагерь. 9. Ихъ потому можно назвать самыми яростными воевателями, что издали они сражаются метательными копьями, на концѣ которыхъ виѣсто острія съ удивительнымъ искусствомъ при дѣланіи острія кости, а въ рукопашную рубятся, очертя голову, мечами и, сами уклоняясь отъ удара кинжаловъ, набрасываютъ на враговъ крѣпко сшитыя арканы для того, чтобы, опутавъ члены противни-

1) rapiditate *Valesius*: parit de V, parte de A. || 2) distantia percursa *Gardth.*: distant [lac. 12 litt.] V, distinctis A. || 3) configunt *Gardth.*: con [lac. 7 litt.] hostisque VA. || 4) victa *Gardth.*: vitu VA. || 5) taetra *Vales.*: terra V.

quando districti, auri cupidine immensa flagrantes, adeo permutabiles et irasci faciles, ut eodem aliquotiens die a sociis nullo irritante Saepe desciscant, itidemque propitientur nemine leniente.

ковъ, отнять у нихъ возможность усадѣть на конѣ или уйти пѣшкомъ. 10. У нихъ никто не занимается хлѣбопашествомъ и никогда не касается сохи. Всѣ они, по имѣя ни опредѣленнаго мѣста жительства, ни домашняго очага, ни законовъ, ни устойчиваго образа жизни, кочуютъ по разнымъ мѣстамъ, какъ будто вѣчные бѣглецы, съ кибитками, въ которыхъ они проводятъ жизнь. Здѣсь жены теутъ имъ жалкую одежду, спятъ съ мужьями, рожаютъ дѣтей и кормятъ ихъ до возмужалости. Никто изъ нихъ не можетъ отвѣтить на вопросъ, гдѣ его родина: онъ зачатъ въ одномъ мѣстѣ, рожденъ далеко оттуда, вскормленъ еще дальше. 11. Въ перемиріи они невѣрны и непостоянны, быстро увлекаются всякимъ дуновеніемъ новой надежды и во всемъ полагаются на свою необузданную храбрость. Подобно неразумнымъ животнымъ, они не имѣютъ никакого понятія о чести и безчестіи; они уклончивы и темны въ рѣчахъ, никогда не связаны уваженіемъ къ религіи; они имѣютъ неудержимую страсть къ золоту и до такой степени непостоянны и вспыльчивы, что иногда въ одинъ и тотъ же день безъ всякаго подстрекательства измѣняютъ своимъ союзникамъ и снова примираются безъ всякаго посредничества.

12. Hoc expeditum indomitumque hominum genus, externa praedandi aviditate flagrans inmani, per rapinas finitimorum grassatum et caedes ad usque Halanos<sup>1)</sup> pervenit, veteres Massagetas, qui unde sint aut quas incolant terras — quoniam huc res prolapsa est — consentaneum est demonstrare, geographica perplexitate monstrata, quae diu multa luda.....<sup>2)</sup> et varia, tandem repperit veritatis interna.....<sup>3)</sup>

12. Этотъ подвижный и неуеротимый народъ, пылающій неудержимой страстью къ похищенію чужой собственности, двигаясь впередъ среди грабежей и рѣзни сосѣднихъ народовъ, дошелъ до Алановъ, прежнихъ Массагетовъ. Разъ коснувшись ихъ, не лишнимъ будетъ объяснить, откуда они происходятъ и какія населяютъ землю, показавъ при этомъ запутанность географической науки, которая долго многое... и различное, наконецъ нашла истину.....

13. Abundans Hister advenarum magnitudine fluenti Sauromatas praetermeat ad usque amnem Tanaim pertinentes, qui Asiam terminat ab Europa. hoc transito in immensum extentas Scythiae solitudines Halani inhabitant, ex montium appellatione cognominati, paulatimque nationes conterminas crebritate victoriarum adritas ad gentilita-

13. Истръ со множествомъ притоковъ течетъ мимо земли Савроматовъ, простирающейся до рѣки Танаиса, составляющей границу Азии и Европы. За нею тянутся безконечныя степи Скиѣи, населенныя Аланами, получившими свое названіе отъ горъ; они мало по малу постоянными побѣдами извурли сосѣдніе народы и рас-

1) Alanos Vales.: ad alam V, Achaiam A; veteres Vales.: Res V<sup>1</sup>, Restant V<sup>2</sup> A. || 2) post luda lac. 9 litt V, 6 litt. A. || 3) interna [lac. 18 (18 A) litt.] ad hister (Ister A) VA. Abundans supplevit Gardth.

tem sui vocabuli traxerunt, ut Persae. 14. inter hos Nervi mediterranea incolunt loca, vicini verticibus celsis, quos praeruptos geluque torpentes aquilones adstringunt. post quos Vidini sunt et Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi, equisque tegmina conficiunt bellatoria<sup>1)</sup>. Gelonis Agathyrsi conlimitant, interstincti colore caeruleo corpora simul et crines, et humiles quidem minutis atque raris, nobiles vero latis, fucatis et densioribus notis. 15. post hos Melanchlaenas et Anthropophagos palari accepimus per diversa, humanis corporibus victitantes, quibus ob haec alimenta nefanda desertis finitimi omnes longa petiere terrarum. ideoque plaga omnis orienti aestivo obiecta usque dum venitur ad Seras, inhabitabilis mansit. 16. parte alia prope Amazonum sedes Halani sunt orienti adclines, diffusi per populosas gentes et amplas, Asiaticos vergentes in tractus, quas dilatari ad usque Gangen accepi fluvium intersecantem terras Indorum mareque inundantem australe.

17. Bipertiti<sup>2)</sup> per utramque mundi plagam Halani — quorum gentes varias nunc recensere non refert — licet dirempti spatiis longis, per pagos ut Nomades vagantur immensos, aevi tamen progressu ad unum concessere vocabulum et summatim omnes Halani cognominantur ob mores<sup>3)</sup> et modum efferatum vivendi eandemque armaturam. 18. nec enim ulla sunt illisce tuguria aut versandi vomeris cura, sed carne et copia victitant lactis, plaustris supersidentes, quae operimentis curvatis corticum per solitudines conferunt sine fine distentas. cumque ad graminea venerint, in orbiculatam figuram locatis sarracis ferino ritu vescuntur, absumptis-

пространли на нихъ названіе своей народности, подобно Персамъ. 14. Между этими народами срединное положеніе занимают Невры, сосѣди высокихъ и обрывистыхъ горъ, на которыхъ все кочевѣтъ отъ мороза и порывистыхъ сѣверныхъ вѣтровъ. За ними живутъ Видины и чрезвычайно дикіе Гелоны, которые снимаютъ кожу съ убитыхъ враговъ и дѣлаютъ изъ нея одежды себѣ и боевыя попоны для своихъ коней. Съ Гелонами сопредѣльны Агаерсы, раскрашивающіе голубой краской свои тѣла и волосы, — люди низшаго сословія мелкими и рѣдкими узорами, а благородные — широкими, яркими и болѣе частыми. 15. За ними, говорятъ, кочуютъ по разнымъ мѣстамъ Меланхлены и Анеропофаги, питающіеся человѣческимъ мясомъ. Всѣ сосѣдніе народы повинови ихъ вслѣдствіе этого безчеловѣчнаго способа питанія и ушли въ отдаленныя земли; поэтому вся страна, обращенная къ лѣтному востоку, остается необитаемою вплоть до Серовъ. 16. Въ другой сторонѣ близъ поселеній Амазонокъ живутъ Аланы, обращенные къ востоку и разсѣянные между многочисленными и обширными племенами; ихъ владѣнія приближаются къ Азіатскимъ землямъ и простираются, какъ я узналъ, до самой рѣки Ганга, пересекающей Индіискія земли и впадающей въ южное море.

17. Раздѣленные такимъ образомъ по обширнѣ частямъ свѣта, Аланы (нѣтъ надобности перечислять теперь ихъ разныя племена), живя на далекомъ разстояніи одни отъ другихъ, какъ Номады, перекочевываютъ на огромныя пространства; однако съ теченіемъ времени они приняли одно имя и теперь всѣ вообще называются Аланами за свои обычай, дикій образъ жизни и одинаковое вооруженіе. 18. У нихъ нѣтъ никакихъ шалашей, нѣтъ заботы о хлѣбнѣпашествѣ, питаются они мясомъ и въ изобиліи молокомъ, живутъ въ кибиткахъ съ изогнутыми покрышками изъ древесной коры и перевозятъ ихъ по без-

1) bellatoria Gardth.: bellatur gē V, bellatrix gens A, bellatoris Valesius. || 2) Bipertiti Gardth.: ibi pertiti V. || 3) ob add. Vales.; modum efferatum vivendi Gardth.: media et efferatam vivendis VA, eosdem et feritatem vivendi Vales.; eandemque armaturam Gardth.: etiam iamatarum V, similem et armaturam Vales.; lacunam indic. Wagner et Eysenb.

que pabulis velut carpentis civitates inopitas vehunt maresque supra cum feminis coeunt et nascuntur in his et educantur infantes, et habitacula sunt haec illis perpetua, et quocumque ierint, illic genuinum existimant larem. 19. armenta prae se agentes cum gregibus pascunt, maximeque equini pecoris est eis sollicitior cura. ibi campi semper herbescunt, intersitis pomiferis locis: atque ideo transeuntes quolibet, nec alimentis nec pabulis indigent, quod efficit umectum solum et crebri fluminum praetermeantium cursus. 20. omnis igitur aetas et sexus inbellis circa vehicula ipsa versatur, muniisque dstringitur mollibus: inventus vero equitandi usu a prima pueritia coalescens incedere pedibus existimat vile, et omnes multiplici disciplina prudentes sunt bellatores. unde etiam Persae, qui sunt originis Scythae, pugnandi sunt peritissimi.

21. Proceri autem Halani paene sunt omnes et pulchri, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles et armorum levitate veloces, Hunisque per omnia suppare, verum victu mitiores et cultu, latrocinando<sup>1)</sup> et venando ad usque Maeotica stagna et Cimmerium Bosphorum itidemque Armenios discurrentes et Mediam. 22. utque hominibus quietis et placidis otium est voluptabile, ita illos pericula iuvant et bella. iudicatur ibi beatus qui in proelio profuderit animam, senescentes enim et fortuitis mortibus mundo digressos ut degeneres et ignavos conviciis atrocibus insectantur, nec quicquam est quod elatius iactent quam homine quolibet occiso, proque exuviis gloriosius interfectorum avulsis capitibus detractas pelles pro phaleris iumentis accommodant bellatoriis. 23. nec templum apud eos visitur aut delubrum; ne tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest,

предѣльнымъ степямъ. Придя на изобильное травою *мѣсто*, они располагаютъ въ видѣ круга свои кибитки и пытаются по звѣриному; истребивъ весь кормъ для скота, они снова возуть, такъ связать, свои города, расположенные на повозкахъ. На нихъ мужчины соединяются съ женщинами, на нихъ рождаются и воспитываются дѣти; это ихъ постоянный жилища и, куда бы они ни пришли, то *мѣсто* и считаютъ роднымъ очагомъ. 19. Гоня передъ собою упряжныхъ животныхъ и стада, они пасутъ ихъ; наибольшую заботу они прилагаютъ къ уходу за лошадьми. Тамъ есть вѣчно зеленныя равнины въ перемежку съ рощами плодовыхъ деревьевъ; поэтому куда бы они ни переселялись, они не терпятъ недостатка ни въ пищѣ для себя, ни въ кормѣ для скота; это производитъ влажная почва и большое количество протекающихъ тамъ рѣкъ. 20. Все, что по возрасту и полу непригодно для войны, держится около кибитокъ и занимается мирными дѣлами; а молодежь, съ раннего дѣтства сроднившись съ верховою ѣздою, считаетъ позоромъ ходить пѣшкомъ; всѣ они вслѣдствіе разнообразныхъ упражненій являются дѣльными воинами. Поэтому и Персы, по происхожденію Скныи, очень опыты въ военномъ дѣлѣ.

21. Почти всѣ Аланы высока ростомъ и красивы, съ ужѣренно бѣлокурными волосами; они страшны сдержанно-грознымъ взглядомъ своихъ очей, очень подвижны вслѣдствіе легкости вооруженія и во всемъ похожи на Гунновъ, только съ болѣе мягкимъ и болѣе культурнымъ образомъ жизни; съ цѣлью грабежа или охоты они доѣзжаютъ до Мэотійскаго болота и Киммерійскаго Воспора, даже до Арменіи и Мидіи. 22. Какъ мирный образъ жизни пріятенъ людямъ спокойнымъ и тихимъ, такъ имъ доставляютъ удовольствіе опасности и войны. У нихъ считается счастливымъ тотъ, кто испускаетъ духъ въ сраженіи, а стариковъ или умершихъ отъ случайныхъ болѣзней они преслѣдуютъ жестокими насмѣшками, какъ выродковъ и трусовъ; они ничѣмъ такъ не хвастаются, какъ убіеніемъ какого-нибудь человѣка, и въ видѣ славныхъ трофеевъ павѣшиваютъ

1) latrocinando Lindenbr.: la [lac. 6 litt.] inando V.

sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem, regionum, quas circumcircant <sup>1)</sup> praesulem verecundius colunt. 24. futura miro praesagiunt modo. nam rectiores virgas vimineas <sup>2)</sup> colligentes, easque cum incantamentis quibusdam secretis praestituto tempore discernentes, aperte quid portendatur <sup>3)</sup> norunt. 25. servitus quid sit ignorabant, omnes generoso semine procreati, iudicesque etiam nunc eligunt diuturno bellandi usu spectatos. sed ad reliqua textus propositi revertamur.

Cap. 3, § 1. Igitur Huni pervasis Halanorum regionibus quos Greuthungis confines Tanaitas consuetudo nominavit, interfectisque multis et spoliatis, reliquos sibi concordandi fido pacta iunxerunt, eisque adiuti <sup>4)</sup> confidentius Ermenrichi late patentes et uberes pagos repentino impetu perruperunt, bellicosissimi regis et per multa variaque fortiter facta vicinis nationibus formidati. 2. qui vi subitae procellae percussus quamvis manere fundatus et stabilis diu conatus est, inpendentium tamen diritatem augente vulgatus fama, magnorum discriminum metum voluntaria morte sedavit. 3. cuius post obitum rex Vithimiris creatus restitit aliquantis per Halanis, Hunis aliis fretus, quos mercede sociaverat partibus suis. verum post multas, quas pertulit clades, animam effudit in proelio, vi superatus armorum. cuius parvi filii Viderichi nomine curam susceptam Alatheus tuebatur et Saphrax, duces exerciti et firmitate pectorum noti, qui cum tempore arto praeventi abiecissent fiduciam repugnandi, cautius discedentes ad amnem Danastium <sup>5)</sup> pervenerunt,

вмѣсто украшенія на своихъ боевыхъ копей кожи, содранныя съ отрѣзанныхъ головъ убитыхъ. 23. У нихъ не видно ни храмовъ, ни святилищъ, нигдѣ не усмотрѣть у нихъ даже покрытыхъ соломой хижинокъ; они по варварскому обычаю втыкаютъ въ землю обнаженный мечъ и съ благоговѣніемъ поклоняются ему, какъ Марсу, покровителю странъ, по которымъ они кочуютъ. 24. О будущемъ они гадаютъ страннымъ способомъ: собираютъ пряные ивовыя прутья, въ опредѣленное время раскладываютъ ихъ съ какими-то тайными наговорами и такимъ образомъ ясно узнаютъ, что имъ предвѣщается. 25. Они не имѣли никакого понятія о рабствѣ, будучи всѣ одинаково благороднаго происхожденія; въ судьи <sup>1)</sup> они до сихъ поръ выбираютъ лицъ, долгое время отличавшихся военными подвигами. Возвратимся однако къ изложенію остальнаго изъ нашей задачи.

3, 1. Именно Гунны, вторгнувшись въ земли *тѣхъ* Алановъ, которые сопредѣльны съ Гревтунгами и обыкновенно называются Танантами, многихъ перебили и ограбили, а остальныхъ присоединили къ себѣ по условіямъ мирнаго договора; при ихъ содѣйствіи они съ большею увѣренностью внезапнымъ натискомъ ворвались въ обширныя и плодородныя владѣнія Эрменриха, царя весьма воинственнаго, многочисленными и разнообразными подвигами храбрости наведшаго страхъ на сосѣдніе народы. 2. Пораженный сплюю внезапно надвинувшейся бури, онъ долго пытался удержаться твердо и прочно, но потомъ, когда молва преувеличила свирѣпость нападавшихъ, онъ добровольною смертью подавилъ страхъ большихъ бѣдствій. 3. Послѣ его смерти новый царь Вненимиръ нѣсколько времени сопротивлялся Аланамъ, полагаясь на другихъ Гунновъ, которыхъ онъ деньгами привлекъ на свою сторону; но послѣ многихъ поражений потерялъ живыхъ въ битвѣ, подавленный силою оружія. Его маленькаго сына, по имени Видериха, при-

1) circumcircunt V, circumeunt A. || 2) femineas VA. || 3) portendatur *Eyssenh.*: portetur VA. || 4) adiuti *Eyssenh.*: adiutis V, adiunctis A. || 5) danastium V, Danastum A, Danastrum *Valesius*.

1) Вѣроятно iudices здѣсь = praesides (начальники, правители).



inter Histrum et Borysthenem per camporum ampla spatia diffluentem. 4. haec ita praeter spem accidisse doctus Athanarichus Thervingorum iudex—in quem, ut ante relatum est, ob auxilia missa Procopio dudum Valens commoverat signa—stare gradu fixo temptabat, surrecturus in vires, si ipse quoque lacesseretur, ut ceteri. 5. castris denique prope Danasti margines ac Greuthungorum <sup>1)</sup> vallem longius oportune metatis, Munderichum ducem postea limitis per Arabiam, cum Lagarimano et optimatibus aliis ad usque vicensimum lapidem misit, hostium speculatos adventum, ipse aciem nullo turbante interim struens. 6. verum longe aliter, quam rebatur, evenit. Huius enim, ut sunt in coniectura sagaces, multitudinem esse longius aliquam suspicati, praetermissis quos viderant, in quietem tamquam nullo obstante compositis, rumpente noctis tenebras <sup>2)</sup> luna vado fluminis penetrato, id quod erat potissimum elegerunt, et veriti, ne praecursorius index procul agentes absterreat, Athanarichum ipsum ictu petivere veloci (7) eumque stupentem ad impetum primum, amissis quibusdam suorum, coegerunt ad effugia <sup>3)</sup> properare montium praeruptorum. qua rei novitate maioreque venturi pavore constrictus a superciliis Gerasi fluminis ad usque Danubium Taifalorum terras praestringens, muros altius erigebat: hac lorica diligentia celeri consummata, in tuto locandam securitatem suam existimans et salutem. 8. dumque efficax opera suscitatur, Huius passibus eum citis urgebant et iam oppresserant adventantes, ni gravati praedarum onere destitissent.

няли подъ свою опеку и защиту Алаоей и Сафраксъ, искусные и извѣстные твердостью духа вожди; вслѣдствіе краткости времени потерявъ увѣренность въ возможности сопротивленія, они осторожно удалились и пришли къ рѣкѣ Данастію, протекающей по широкимъ равнинамъ между Истромъ и Борисееномъ. 4. Получивъ извѣстіе объ этихъ неожиданныхъ событіяхъ судья Фервинговъ Аванарихъ (противъ котораго, какъ сказано выше, Валентъ давно уже двинулся походомъ, чтобы наказать за помощь, посланную Прокопію) пытался было стать твердою ногою, чтобы помѣряться силами въ случаѣ, если онъ будетъ затроутъ подобно другимъ. 5. Затѣмъ, устроивъ на удобномъ мѣстѣ просторный лагерь на берегахъ Данаста близъ вала Гревтунговъ, онъ выслалъ Мундериха (бывшаго потомъ пограничнымъ начальникомъ въ Аравіи) съ Лагариманомъ и другими вельможами впередъ на 20000 шаговъ, для того чтобы выслѣдить приближеніе враговъ, а самъ въ это время безъ всякой помѣхи сталъ готовиться къ бою. 6. Но *дѣло* вышло совершенно иначе, нежели онъ рассчитывалъ: Гунны съ своею привычною имъ догадливостью заподозрили, что дагѣе стоитъ какое-нибудь войско, и, пропустивъ замѣченные ими *отряды*, спокойно расположившіеся на *ночной* отдыхъ, при свѣтѣ луны, разсѣвавшемъ ночной мракъ, перешли въ бродъ рѣку и избрали наилучшій образъ дѣйствій (?); при этомъ боясь, чтобы передовой вѣстникъ не испугалъ находившихся дальше, быстрымъ натискомъ бросились на самаго Аванариха, (7) ошеломили его первымъ ударомъ, перебили вѣсколькихъ изъ его *людей* и принудили поспѣшно искать убѣжища въ утесистыхъ горахъ. Пораженный этою новостью и *еще* большимъ страхомъ за будущее, онъ сталъ возводить высокія стѣны отъ береговъ рѣки Гераса до Данубія, пересѣкая земли Таифаловъ; онъ полагалъ, что, устроивъ съ быстрымъ стараніемъ этотъ панцирь, онъ *вполнѣ* обезопаситъ свою дѣлость и невредимость. 8. Но, пока сооружалась эта постройка, Гунны тѣснили его быстрымъ на-

1) ac Greuthungorum *Valesius*: agere ut ingorii V. || 2) tenebras luna *Lindenbr.*: tenebris lune V. || 3) effugia: suffugia *Kiesling*.

Fama tamen late serpente per Gothorum reliquas gentes, quod invisitatum ante hac hominum genus modo nivium <sup>1)</sup>, ut turbo montibus celsis, ex abdito sinu coortum adposita quaeque convellit et corrumpit, populi pars maior, quae Athanaricum attenuata necessariorum penuria deseruerat, quaeritabat domicilium remotum ab omni notitia barbarorum, diuque deliberans, quas eligeret sedes, cogitavit Thraciae receptaculum gemina ratione sibi conveniens, quod et caespitis est feracissimi et amplitudine fluentorum Histri distinguitur ab arvis <sup>2)</sup>, patentibus iam peregrini fulminibus Martis: hoc quoque idem residui velut mente cogitavere communi.

Cap. 4, § 1. Itaque duce Alavivo ripas occupavere Danubii missisque oratoribus ad Valentem suscipi se humili prece poscebant et quiete victuros se pollicentes et daturus, si res flagitasset, auxilia...

12. Per hos dies interea etiam Vithericus Greuthungorum rex cum Alatheo et Saphrace, quorum arbitrio regebatur, itemque Farnobio propinquans Histri marginibus, ut simili susciperetur humanitate obsecravit imperatorem legatis propere missis. 13. quibus, ut communi rei conducere videbatur, repudiatis et quid capesseret anxiis, Athanarichus paria pertimescens abscessit memor Valentem dudum cum foederaretur concordia despexisse, adfirmantem se religione devinctum, ne calcaret solum aliquando Romanum, hacque causatione principem firmare pacem in medio flumine coegisse: quam simultatem veritus ut adhuc durantem, ad Caucalandensem locum alti-

стунленіемъ и могли бы совсѣмъ раздавить его своимъ нашествіемъ, если бы не отступили отъ этого дѣла, обремененные тяжестью добычи.

Между тѣмъ среди прочихъ Готскихъ племенъ широко разнеслась молва, что невиданный до того родъ людей, поднявшихся, какъ снѣгъ, изъ укромнаго угла, вырываетъ и уничтожаетъ все, что попадется на встрѣчу, подобно вихрю, несущемуся съ высокихъ горъ. Поэтому большая часть народа, которая покинула Аванариха вслѣдствіе недостатка въ жизненныхъ припасахъ, искала себѣ жительства, удаленнаго отъ всякаго слуха о варварахъ, и, послѣ долгихъ совѣщаній, какія выбрать мѣста для поселенія, рѣшила, что Фракія будетъ ей убѣжищемъ вполне подходящимъ по двумъ причинамъ, такъ какъ во-первыхъ она имѣетъ чрезвычайно плодородную почву и во-вторыхъ мощнымъ теченіемъ Истра отдѣляется отъ полей, уже открытыхъ для перуновъ чужеземнаго Марса. То же самое рѣшили, какъ бы общимъ совѣтомъ, и остальные.

4, 1. Итакъ они подъ предводительствомъ Алавива заняли берега Данубія и, пославъ ораторовъ къ Валенту, униженно просили принять ихъ, обѣщая жить спокойно и подавать помощь по требованію обстоятельствъ...

12. Между тѣмъ въ тѣ же дни и царь Гревтунговъ Виеерикъ съ Алаеемъ и Сафраксомъ, совѣтами которыхъ онъ руководился, а также съ Фарнобіемъ, приблизился къ берегамъ Истра и, наспѣхъ отправивъ пословъ, заклиналъ императора принять его столь же человѣколюбиво. 13. Когда они были отвергнуты, какъ того, казалось, требовала польза государства, и не знали, что предпринять далье, Аванарихъ, боясь того же, удалился, помня, что онъ когда-то, при заключеніи мирнаго договора, оказалъ пренебреженіе Валенту, утверждая, что онъ связанъ клятвою некогда не вступать ногою на Римскую почву, и подъ этимъ предлогомъ вынудить

1) nivium Gronovius: nierum V, ruens A. || 2) ab arvis A, abarbis V, abarbaris Valessius; patentibus: pententibus VA.

tudine silvarum inaccessum et montium cum suis omnibus declinavit, Sarmatis inde extrusis...

императора утвердить мирный договоръ на средній рѣки. Опасаясь, что это неудовольствіе еще продолжается у *Валента*, онъ со всеми своими уклонился въ мѣстность Кавкаланденскую, непрístupную вслѣдствіе высоты хѣсовъ и горъ, вѣтѣсивъ оттуда Сарматовъ...

[Quae deinceps narrat scriptor de rebus in Thracia gestis excerpte supersedi].

[Дальвѣйшій рассказъ автора о событіяхъ во Фракіи не приводится].

Q. AVRELIVS SYMMACHVS.

КВ. АВРЕЛІЙ СИММАХЪ.

[Род. около 340, ум. въ 402 г. Происходитъ изъ знатной фамиліи и былъ весьма виднымъ государственнымъ дѣятелемъ (въ 391 г. былъ консуломъ). Извѣстенъ, между прочимъ, своею борьбою противъ христіанства. Въ исторіи литературы извѣстенъ панегирическими рѣчами и письмами, которыя были собраны и изданы въ 10 книгахъ его сыномъ Кв. Фабіемъ Мемміемъ Симмахомъ. Въ этомъ сборникѣ особенно интересна переписка Симмаха съ его другомъ Авзоніемъ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, стр. 109 сл. — Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auct. antiquissim. t. VI p. prior. Q. Aurelii Symmachi quae supersunt ed. Otto Seeck. Berol. 1883].

EPISTOLARVM  
LIBRI DECEM.

ПИСЕМЪ  
ДЕСЯТЬ КНИГЪ.

Lib. I ep. XIV. Symmachus Ausonio <sup>1)</sup>.

Кн. I, п. 14: Симмахъ къ Авзонію.

... Hunc [sc. Mosellam] tu mihi inproviso clarorum versuum dignitate Aegyptio Melone maiorem, frigidiorē Scythico Tanai elariorēque hoc nostro populari reddidisti...

... Эту *рѣку* [т. е. Мозель] ты неожиданно достоинствами *твоихъ* славныхъ стиховъ сдѣлалъ для меня больше египетскаго Мелона, холоднѣе скинскаго Танаида и славнѣе нашей родной *рѣки*...

Lib. X, ep. XXXXVII (LXI. LXVIII) <sup>2)</sup>.

Кн. X, п. 47 (61. 68).

Bellorum quidem vestrorum gloriosos exitus fama non occulit, sed maior est victoriae fides quae oculis adprobatur, ddd. imppp. Valentiniane Theodosi et Arcadi, incltyi victores ac triumphatores semper Augusti. Dudum fando acceperat Romanus populus caesorum funera Sarmatarum, at nunc confirmata est nuntiorum laetitia spectaculo triumphali...

Молва, конечно, не скрыла славнаго исхода вашихъ войнъ, но больше достовѣрность побѣды, которая подтверждается *собственными* глазами, государи императоры Валентиніанъ, Θεодосій и Аркадій, славные побѣдители и триумфаторы, вѣчно Августы. Римскій народъ давно уже узналъ по слухамъ о поражении перебитыхъ Сарматовъ; но теперь радостныя извѣстія подтверждены зрѣлищемъ триумфа...

1) А. 370—371.

2) Это письмо относится къ числу т. н. relationes, т. е. служебныхъ докладовъ, которые авторъ дѣлалъ императорамъ по должности городского префекта (praefectus urbis) въ 384—5 годахъ.

## ORATIONVM QVAE SVPERSVNT.

## СОХРАНИВШИЕСЯ ОТРЫВКИ РЪЧЕЙ.

I hab. d. 25 Febr. a. 369.

I. Сказ. 25 февр. 369 г.

LAUDATIO IN VALENTINIANVM SENIOREM  
AVGVSTVM PRIOR.ПЕРВАЯ ПОХВАЛЬНАЯ РЪЧЬ ВАЛЕНТИНИАНУ  
СТАРШЕМУ АВГУСТУ.

2. . . . seu in Scythiae regna frigentia  
Tanainque glacialeм fines Ponticos proferre  
sensueris, ibi quoque... fugaces incolas per  
dorsa fluminum consequeris...

... Или *если* ты рѣшишь распростра-  
нить Понтійскіе предѣлы до холодныхъ  
царствъ Скѣноіи и ледяного Танаида, то и  
тамъ... догонишь обратившихся въ бѣгство  
жителей по хребтамъ рѣкъ...

---

Or. II. § 24 commemoratur *Borysthenes Scythicus*.

---

## THEODOSIVS MAGNVS.

## ΘΕΟΔΟΣΙΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ.

[Императоръ римскій 379—395 по Р. Хр. Его декреты объ устройствѣ христіанской церкви  
собраны у Migne, Patrol. lat. t. 13, col. 521—542].

In decreto III ad Auxoninum proconsuleм Asiae dato III Kal. Aug. Heraclea, Eu-  
cherio et Syagrio coss. (a. 381) commemoratur *Terentius episcopus Scythiae* (Migne,  
col. 530).

---

## LATINIVS PACATVS DREPANIVS.

## ЛАТИНИЙ ПАКАТЬ ДРЕПАНИЙ.

[Уроженецъ Галліи, другъ Авзонія и Симмаха. Въ 389 г. былъ посланъ Галліеномъ въ Римъ  
къ императору Θεодосію для поздравленія съ побѣдою надъ узурпаторомъ Максимомъ и про-  
изнесъ передъ Θεодосіемъ въ сенатѣ похвальную рѣчь, сохранившуюся до насъ. Вскорѣ за-  
тѣмъ былъ проконсуломъ въ Африкѣ и въ 393 г. comes rerum privatarum. Годы рожденія и  
смерти неизвѣстны. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, s. 108. — Текстъ: XII pape-  
gyrici Latini. Rec. Aem. Baehrens. Lips. 1874. XII].

## PANEGRICVS

## ΠΑΝΕΓΙΡΙΚΩΣ,

## THEODOSIO AVGVSTO DICTVS.

## СКАЗАННЫЙ ΘΕΟΔΟΣΙΩΣ АВГУСТУ.

V. Erat iustae compensationis occasio  
ut, qui de patriae tuae laudibus pauca  
dixissem, patris saltem virtutibus praedi-  
candis prolixius immorarer; sed quid faciam?  
novam quamdam patior ex copia difficulta-  
tem. quid, inquam, faciam? quae Rhenus  
aut Uahalіs vidit aggrediar? iam se mihi  
Sarmatica caede sanguineus Hister obiciet...

V. Было бы долгомъ справедливаго  
уравновѣшенія, чтобы я, сказавъ *такъ*  
мало въ похвалу твоей родины, остано-  
вился подробнѣе на восхваленіи доблестей  
*твоею* отца. Но что мнѣ дѣлать? Я испы-  
тываю нѣкое новое затрудненіе отъ изобилія.  
Что мнѣ, повторяю, дѣлать? Обра-  
титься къ *тому*, что видѣлъ Рейнъ или  
Ваалъ? Но мнѣ представится Истръ, окро-  
вавленный Сарматскимъ набіеніемъ...

---

X. . . ut indefessa vertigo caelum rotat... ut stare sol nescit: ita tu, imperator, continuatis negotiis et in se quodam orbe redeuntibus exercitus es. Vix tecta Hispana successeras: iam Sarmaticis tabernaculis tegebaris... vix Hiberum tuum videras: iam Histro praetendebas.

...Какъ неустанный круговоротъ вращаетъ небо, какъ не можетъ остановиться солнце,— такъ ты, императоръ, упражнялъ себя въ постоянныхъ и вращавшихся какъ бы кругомъ занятіяхъ: только что вошелъ ты подъ Испанскія кровли, какъ уже прикрывался Сарматскими палатками... только что видѣлъ твой Иберъ, какъ уже шелъ вдоль Истра...

XIV. . . [Homines delicati ac fluentes] appositas dapes non sapore, sed sumptu aestimantes illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens aut positus extra Romanum Colchus imperium aut famosa naufragiis maria misissent...

...[Люди изнѣженные и расточительные], дѣня предложенныя яства не по вкусу, а по стоимости, удовлетворялись только тѣми кушаньями, которыя прислали крайній Востокъ, или находящаяся за предѣлами Римской власти Колхидя, или прославленныя кораблекрушеніями моря...

XXII. . . tua enim, imperator, auspicia non haec tantum gentes tremunt, quas ab orbe nostro silvarum intervalla vel flumina montesve distinguunt, sed quas aeternis arboribus inaccessas aut continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura determinat. non oceano Indus, non frigore Bosforanus, non Arabs medio sole securus est: quo vix pervenerat nomen ante Romanum, accedit imperium. dicamne ego receptos servitum Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? dicam a rebellibus Saracenis poenas polluti foederis expetitas? dicam interdictum Scythis Tanain et inbelles arcus etiam fugientis Albani?...

...Твоихъ авспицій, императоръ, трепещутъ не только тѣ племена, которыя отдѣляютъ отъ нашего міра лѣсныя пространства, или рѣки, или горы, но и *ты*, которыхъ *сама* природа видѣляетъ какъ недоступныхъ по вѣчному зною, или отдѣленныхъ постоянною зимою, или отрѣзанныхъ водными пространствами. Индеецъ не обезопаситъ океаномъ, Воспоранецъ— холодомъ, Арабъ—солнцемъ. *Наша* власть доходить туда, куда раньше едва доносилось Римское имя. Говорить ли мнѣ о *томъ*, что принятые въ подданство Готы доставляютъ солдата для твоего лагеря, земледѣльца для земель? говорить ли о *томъ*, какъ наказаны мятежные Сарацены за нарушение договора? говорить ли о запрещенномъ Скивамъ Танайдѣ и виновныхъ лугахъ бѣгущаго Албанца?

XXXII. . . Postremo populis barbarorum ultroneam tibi operam ferre volentibus commilitii munus indulges ut et limiti manus suspecta decederet et militi auxiliator accederet. hac tua benignitate plecttae omnes Scythicae nationes tantis examinibus confuebant, ut quem remiseras tuis barbaris videreris imperasse dilectum. o res digna memoratu! ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus et signa,

...Наконецъ ты предоставляешь право военной службы въ *римскихъ войскахъ* варварскимъ народамъ, желавшимъ подать тебѣ добровольную помощь,— чтобы съ одной стороны ушли съ границы подозрительные отряды, съ другой — присоединились къ *нашимъ* войнамъ вспомогательныя войска. Привлеченныя этой твоей милостью всѣ скивскія племена стали стекаться такими роями, что, казалось, ты повелѣлъ

contra quae steterat, sequebatur urbesque Pannoniae, quas inimica dudum populatione vacaverat, miles implebat. Gothus ille et Hunnus et Halanus respondebat ad nomen et alternabat excubias et notari infrequens verebatur...<sup>1)</sup>

варварамъ производство набора, который отерочилъ для своихъ. Дѣло, достойное упоминанія! подѣ вождями и знаменами Римскими шелъ *бывшій* нѣкогда врагъ Рима; онъ слѣдовалъ за значками, противъ которыхъ стоялъ раньше, и нападая, какъ воинъ, города Панноніи, которые давно опустошилъ враждебнымъ нашествіемъ. Готъ, Гуннъ и Аланъ отделился на переключкѣ, стоялъ на часахъ и боялся отиѣти объ отсутствіи...

Cap. XXXIII commemorantur in comparatione populi, quos «minax Caucasus et rigens Taurus et ingentium corporum durator Hister effuderat».

...Народы, которые разлилъ грозный Кавказъ, холодный Тавръ и закаляющій огромныя тѣла Истръ.

### AMBROSIVS.

### АМВРОСІЙ.

[Св. Амвросій, епископъ Медиоланскій, родился въ Галліи въ 338 или 340 г., образованіе получилъ въ Римѣ и еще въ молодыхъ годахъ былъ виднымъ административнымъ дѣятелемъ. Въ 374 г. былъ избранъ епископомъ г. Медиолана и оставался имъ до своей кончины 4 апрѣля 397 г. Знаменитъ своей борьбой съ арианами и императоромъ Феодосіемъ. Съ его имени дошли до насъ сочиненія экзегетическія, морально-аскетическія, догматическія, рѣчи, письма и религиозныя гимны. Изъ экзегетическихъ сочиненій первое мѣсто занимаетъ *Exameron*, а изъ догматическихъ — *De fide*. См. о немъ Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* IV, 1, стр. 286 сл.]

#### EXAMERON.

#### ШЕСТОДНЕВЪ.

#### DIES SECVNDVS.

#### ДЕНЬ ВТОРОЙ.

[Текстъ: *Corpus script. ecclesiast. Latin.* Vol. XXXII. S. Ambrosii opera. Pars 1. Rec. C. Schenkl. Vindob. 1897].

3, 12 (pag. 51 Sch.) commemoratur «Danubius de occidentalibus partibus barbarum atque Romanorum intersecans populos, donec ponto ipse condatur» et mox (p. 52): «itemque de septentrionali parte Phasis Caucaseis montibus fusus cum pluribus aliis in Euxinum se praecipitat mare».

Упоминается «Данувій изъ западныхъ странъ разсѣкающій народы варварскіе и Римскіе, пока самъ не скроется въ Понтъ» и затѣмъ: «также Фасидъ, изливающійся съ сѣверной стороны изъ Кавказскихъ горъ, со многими другими низвергается въ Евксинское море».

#### DIES QVINTVS.

#### ДЕНЬ ПЯТЫЙ.

10, 29 (p. 162 Sch.). Sunt tamen aliqua piscium genera, qui non ingenii facilitate

Есть однако нѣкоторые роды рыбъ, которыя мѣняютъ мѣста не по легкомы-

1) Gothus, Hunnus, Halanus commemorantur etiam cap. XI.

loca mutant, sed fovendi partus necessitate, quem opportuno atque legitimo procreantes tempore ex plurimis locis ac diverso maris sinu velut communi consilio convenientes coniuncto agmine aquilonis flatus petunt et ad illud septentrionalium mare partium quadam naturae lege contendunt. dicas, si ascendentes videas, reuma quoddam esse; ita prouunt fluctusque intersecant per Propontidem in Euxinum violento impetu profuentes... [p. 163] quid autem rationabilius hoc piscium transitu, cuius rationem quidem verbis non explicant, sed factis locuntur? pergunt enim aestatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo maris sinu hic sinus dulcior sit. non enim sol ei fluctu quamdiu ceteris immoratur, eaque fit causa ut non omnem aquam exhauriat, quae dulcis ac [p. 164] potabilis sit. quis autem ignoret quod etiam ea quae maritima sunt aquis plerumque dulcibus delectentur? denique dum flumina sequuntur et ad superiora ascendunt, frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluuiis. cum haec igitur causa Pontum illis faciat gratiorem vel quod aestus temperet sollemnis illic flatus aquilonis, tum oportuniorem ceteris iudicant, in quo generare et partus possint proprios enutrire, quod teneri fetus laborem alienae regionis ferre vix possint. quos illic fovet aeris blanda clementia. itaque peracto munere omnes simul eo quo venerant agmine revertuntur.

30. Quaenam ista sit ratio consideremus. obiectus est Ponti sinus boreae ceterorumque ventorum violentissimis flatibus, unde si gravis illic procella furit, tempestates moventur, ita ut de profundo harena vertatur, cuius rei fluctus harenosus indicio sit, qui ventorum motu insurgens altius, tum pondere gravior hand dubie non solum navigantibus, sed etiam maritimis ipsis animantibus intolerabilis habetur, accedit illud quod cum plurima et maxima Ponto flumina miscantur, tum hiberno tempore sinus ipse frigidior et torrentum rigescat adlapsu. propterea

слию, а ради необходимости вскормленія приплода, который они производят въ удобное и установленное природою время и при этомъ, какъ бы по общему согласію стекаясь изъ множества мѣстъ и разныхъ заливовъ моря, густыми стадами направляются къ вѣянію аквилона и по нѣкоему закону природы стремятся къ этому морю сѣверныхъ частей *сѣта*. При видѣ ихъ движенія вверхъ можно сказать, что это какой-то потокъ. Такъ они прорываются и разсѣкаютъ волны по Пропонтидѣ, бурнымъ стремленіемъ направляясь въ Евксинъ... Что же разумнѣе этого переходя рыба, причину котораго онѣ не объясняютъ словами, но какъ-бы говорятъ самими фактами? Въ лѣтнее время онѣ стремятся въ Понтійскій проливъ, потому что этотъ заливъ прѣснѣе остальныхъ морскихъ заливовъ. Ибо солнце не пребываетъ на этомъ морѣ такъ же долго, какъ на другихъ, и это служитъ причиною того, что оно не исчерпываетъ всей воды, которая прѣсна и годна для питья. А кто же не знаетъ, что даже морскія животныя по большей части любятъ прѣсную воду? Наконецъ, пока онѣ слѣдуютъ по рѣкамъ и поднимаются къ верхнимъ ихъ частямъ, часто въ рѣкахъ ловятся рыбы чужого рода. И такъ какъ эта причина дѣлаетъ Понтъ болѣе пріятнымъ для нихъ, или то, что обычное тамъ дуновеніе аквилона умѣряетъ зной, они считаютъ его удобнѣе другихъ морей для произведенія и вскормленія своего приплода и потому, что пѣжные мальки едва ли могли бы переносить неудобства чужой мѣстности. А тамъ ихъ грѣетъ пріятная мягкость климата. Итакъ, исполнивъ свой долгъ, онѣ всѣ вмѣстѣ возвращаются тѣмъ же стадомъ, которымъ пришли.

Посмотримъ, въ чемъ заключается причина этого явления. Понтійскій заливъ открытъ для сильнѣйшаго дуновенія бора и другихъ вѣтровъ, вслѣдствіе чего, если тамъ свирѣпствуетъ жестокая буря, происходитъ такое движеніе воздуха, что со дна моря поднимается несокъ; доказательствомъ этого служатъ насыщенные пескомъ волны, которыя, выше поднимаясь подъ вліяніемъ движенія вѣтровъ и будучи тяжелѣе по вѣсу, безъ сомнѣнія становятся невыносимы не только мореплавателямъ, но и самимъ морскимъ животнымъ. Сюда

pisces tamquam arbitri fluentorum aestate illic asperantis aerae clementiam captare consuerunt, cuius amoenitate perfuncti rursus hiemis aspera declinare contendunt et septentrionalis plagae saeva fugientes in reliquos se sinus conferunt, in quibus aut ventorum mollior sit placiditas aut solis soleat vernare temperies...

присоединяется то, что въ Понтѣ впадаетъ множество величайшихъ рѣкъ и что въ зимнее время самый заливъ бываетъ холоднѣе и его течение замерзаетъ. Поэтому рыбы, какъ бы судьи теченій, гдѣмъ обычно пользуются тамъ мягкостью бодршаго климата и, насладившись его пріятностью, зимою снова стараются уклониться отъ суровости и, избѣгая жестокости сѣверной страны, удаляются въ другіе заливы, въ которыхъ или мягче спокойное вѣяніе вѣтра, или солнце грѣетъ по весеннему...

21, 68 (p. 191 Sch.)... nulli sic regem, non Persae, qui gravissimas in subditos habent leges, non Indi, non populi Sarmatarum tanta quanta apes reverentia devotionis observant...

... Нивакіе народы,—ни Персы, имѣющіе самые строгіе законы по отношенію къ подвластнымъ, ни Индійцы, ни народы Сарматскіе не относятся къ своимъ царямъ съ такимъ почтеніемъ и преданностью, какъ пчелы къ своей маткѣ...

EXPOSITIO EVANGELII SECUNDUM  
LUCAM.

ОБЪЯСНЕНІЕ ЕВАНГЕЛІЯ ОТЪ  
ЛУКИ.

[Текстъ: Migne, Patrol. Lat., v. XV].

Извлеченія и переводъ А. І. Маленна.

LIBER X.

КНИГА 10-я.

Cap. XXI, vers. 9. Cum autem audieritis praelia et opiniones praeliorum.

Quanta autem praelia et quas opiniones accepimus praeliorum! Chunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Tayfalos<sup>1)</sup> et Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exsules patriae Gothorum exsilia fecerunt, et nondum est finis.

Когда же вы услышите сраженія и представленія о сраженіяхъ.

А о какихъ огромныхъ сраженіяхъ и о какихъ представленіяхъ о сраженіяхъ мы узнали! Хунны возстали на Алановъ, Аланы на Готевъ, Готы на Тайфаловъ и Сарматовъ. Даже и насъ изгнанія Готевъ, сдѣлали въ Иллирикѣ изгнанниками изъ отечества, и еще нѣтъ конца.

DE EXCIDIO URBS HIEROSOLYMITANAЕ LIBRI QUINQUE.

О РАЗРУШЕНІИ ГОРОДА ІЕРУСАЛИМА  
ПЯТЬ КНИГЪ.

[Текстъ: Migne, ibid.].

LIBER II.

КНИГА 2-я.

Cap. IX. Alter fugiens arma Romana usque ad regna Caspia et extrema subactae

Другой (т. е. Александръ Великій), избѣгая Римскаго оружія, побѣдоносно

1) «Plerique mss. Tatfalos; melius alii atque edit. Tayfalos». Migne.



Persidis atque Indorum secreta victor per-  
venit: magni nomen obtinuit, quia maximos  
omnium non lacessivit...

... Plurimi populi sex fascium virgulis  
metu inclinantur. Asia, Pontus, Eniochi,  
Scythae Nomades, Taurici Scythae, Maeotia-  
que regna, Bosphoranique omnes Romano  
imperio subiciuntur...

## LIBER III.

Cap. XIX. Ideoque urbs memorata Dia-  
nae Scythicae consecrata, tamquam a Scy-  
this condita, et appellata civitas Scytharum,  
ut Massilia Graecorum: situs loci declarat  
ingenitam duritiam conditoris, patientia  
magis camporum, quam conducibilia habita-  
tionis usui delegisse.

## LIBER V.

Cap. L. Per idem tempus Alani, gens  
fera et diu ignota nostris, quod interiorum  
locorum difficultate et clastro portae fer-  
reae quam magnus Alexander praerupto  
Tauri montis imposuit iugo, cum ceteris  
feris et indomitis introrsum gentibus cohi-  
bebantur. Incolebant Scythicum Tanaim  
finitimaque eius et Maeotidis paludes, velut  
quodam clausi carcere memorati ingenio  
regis, ut suas terras exercerent, alienas  
non incusarent. Sed sive ob sterilitatem  
locorum, quod avari votis agricolae sperata  
culturae non respondebat fecunditas, sive  
praedandi cupiditate regem Hircanorum qui  
locis praerant, sollicitarunt, pretione an de-  
fensione incertum, ut reserata porta, erup-  
tionis sibi copiam daret: quo impetrato  
infudere se genti Medorum; et imperatis  
brevi velocibus equis et aliis pariter ad  
dexteram nexis, in quos per vices cum foret  
libitum desilirent, totam prope regionem  
percurravere: ut primo perturbarent omnia  
maiorisque multitudinis speciem darent,  
adversus quam nullus fugae locus vacaret:  
deinde circumventis omnibus, quantam vel-

достигъ вплоть до Каспійскихъ царствъ и  
краевъ побѣжденной Персіи и даже до  
таинствъ Индовъ, онъ получилъ имя Вели-  
каго, такъ какъ не тревожилъ величайшихъ  
изъ всѣхъ...

Весьма многіе народы преклоняются  
изъ страха предъ прутьями шести связокъ.  
Азія, Понтъ, Еліохі, Скѣом кочевники,  
Скѣом Таврскіе, и Мэотійскія царства и всѣ  
Воспоранцы подчиняются Римской власти.

## КНИГА 3-я.

И потому упомянутый городъ (*т. е.*  
*Скивополь Палестинъ*) посвященъ Скле-  
ской Діанѣ, какъ основанный Склеомъ, и  
названъ общіной Склеовъ, какъ Масси-  
лія — Грековъ; положеніе мѣста указываетъ,  
что врожденная суровость основателя  
избрала для пользованія богѣ пригодныя  
поля, чѣмъ удобныя жилища...

## КНИГА 5-я.

Въ то же самое время Аланы<sup>1)</sup>, племя  
дикое и долго неизвѣстное нашимъ, такъ  
какъ они сдерживались внутри *амьстѣ* съ  
прочими дикими и неукротимыми племена-  
ми непроходимостью мѣстности внутри  
*страмы* и запоромъ желѣзной двери, кото-  
рую воздвигъ великій Александръ на от-  
вѣсномъ хребтѣ горы Тавра. *Они* населили  
Скѣскій Танандъ и пограничныя съ нимъ  
*мѣста* и Мэотидскія болота, какъ-бы за-  
ключенные въ вѣковой темницѣ талантомъ  
упомянутаго государя *для тою*, чтобы  
обработывать свои земли и не тревожить  
чужихъ. Но или по бесплодію мѣстности,  
такъ какъ ожидаемое отъ обработки пло-  
дородіе не соответствовало желаніямъ  
алчнаго земледѣльца, или по жадности къ  
добычѣ *они* просили Иранскаго царя,  
который начальствовалъ надъ той мѣст-  
ностью—неизвѣстно подкупомъ или угро-  
зою — чтобы онъ отворилъ ворота и пре-  
доставилъ возможность вылазки; достигнувъ  
этого, *они* обрушились на племя Мядянь  
и, скоро добывъ *себѣ* быстрыхъ коней, а  
равнымъ образомъ привязавъ справа дру-

1) De hac Alanorum incursione cf. Flavii Iosephi *De b. Iud.* VII, 7 (vol. I, p. 484).

lent, strage edita, praedam abducerent. Erat enim regio populo frequens et pecoris abundans; quae nullo resistente facile patuit direptioni. Si quidem ipse Pacorus Medorum rex in abstrusa loca se contulit, saluti potius quam regno consulens; ita ut uxor eius ac liberi ac concubinae captae ab Alanis centum talentis postea redimerentur. Nec Tyridates Armeniae rex immunis fuit periculi, sed alieno malo cautior, pestem praevitavit; et viriliter quidem voluit occurrere, ut a finibus suis hostem averteret. Dum praeliatur tamen laqueo insertus, in potestatem hostium vivus concesserat, ni praeacuto gladio nodum informem velociter intercidisset. Nam insolentia quadam propriae fortitudinis et in caeteros despectu superbo, simul ut familiarem sibi eminus decernendi consuetudinem, refugiendique facultatem fraude tali praetexerent; laqueos iacere atque hostem innectere, ars Alanis bellandique mos est.

гихъ, чтобы поочередно перескакивать на нихъ по своему желанію, они объѣхали почти всю страну чтобы сперва привести все въ замѣшательство и произвести впечатлѣніе большей, чѣмъ есть на самомъ дѣлѣ толпы, отъ которой невозможно никуда убѣжать, а потомъ, окруживъ всѣхъ и устроивъ рѣзню, угнать какую угодно добычу. Ибо страна была многолюдна и пазбиловала скотомъ; безъ сопротивленія она легко была доступна грабежу, если только самъ царь Мидянь, Пакоръ, удался въ недоступныя мѣста, заботясь скорѣе о своемъ спасеніи, чѣмъ о царствѣ, такъ что жена, дѣти и пажошники были захвачены Аланами, а впоследствии выкуплены за 100 талантовъ. Не былъ избавленъ отъ опасности и царь Арменіи Тиридатъ, но, ставъ осторожнымъ отъ чужого бѣдствія, онъ проводилъ гибель и желалъ правда мужественно сопротивляться, чтобы отвратить врага отъ своихъ предѣловъ; однако во время сраженія онъ чуть было не попалъ отъ наброшенной петли живымъ во власть враговъ, если-бы не разрубилъ проворно преострымъ мечемъ безобразнаго узла. Ибо Аланы искусны, и у нихъ въ обычаѣ накинуть петлю и опутать врага вслѣдствіе какой-то надменности отъ собственной храбрости и гордаго презрѣнія къ прочимъ, а вмѣстѣ и для того, чтобы прикрыть подобной уловкой любезную имъ привычку сражаться издали и способность убѣгать.

## EPISTOLAE.

## ПИСЬМА.

[Текстъ: Migne, v. XVI].

## CLASS. I. EPISTOLA XXI.

## ОТД. I. ПИСЬМО 21-е.

Sermo contra Auxentium de basilicis tradendis.

Бесѣда противъ Авксентія о передачѣ базиликъ.

22. Ergo Auxentius eicitur, Mercurinus excluditur. Unum portentum est, duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutavit sibi vocabulum; ut quia hic fuerat Auxentius episcopus Arianus, ad decipiendam plebem, quam ille tenuerat, se vocaret. Auxentium. Mutavit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutavit: exiit lupum, sed induit lupum. Nihil prodest quod mutavit nomen: quid sit agnoscitur. Alius in Scythiae partibus dice-

Итакъ Авксентій изгоняется, Меркуринъ исключается. Это—одно чудовище, только съ двумя именами. Ибо, чтобы не быть узнаваемымъ, кто онъ, онъ переименовалъ себя названіемъ, чтобы именовать себя Авксентіемъ для обмана того народа, который онъ увлекъ, такъ какъ ранѣе онъ былъ здѣсь епископомъ Аріанскимъ Авксентіемъ. Итакъ онъ переименовалъ названіе, но не переименовалъ вѣроломства: саялъ лисичку

batur, alius hic vocatur: nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina, et si hinc alio perrexerit, habebit et tertium. Quomodo enim patietur ut maneat ei vocabulum ad tanti sceleris indicium? Minora fecit in Scythia; et ita erubuit, ut mutaret vocabulum: sceleratiora hic ausus est; et volet, quocumque perrexerit, nomine suo prodi? Tantorum populorum sanguinem manu sua scribet, et poterit consistere animo?

волка, но надѣлъ *личину* волка-же. Пользы *отъ того*, что онъ измѣнилъ имя, нѣтъ никакой: *можно* узнать, что онъ *такое*. Инымъ слылъ онъ въ странахъ Скиѣи, инымъ назывался здѣсь: онъ имѣетъ имена по странамъ. Итакъ два имени онъ уже имѣетъ, и если отсюда отправится въ другое *мѣсто*, будетъ имѣть и третье имя. Ибо какъ онъ потерпитъ, чтобы у него оставалось названіе для доказательства о столь великомъ злодѣяніи? Меньшее совершилъ онъ въ Скиѣи, и такъ устыдился, что измѣнилъ названіе; на болѣе преступное отважился здѣсь; и онъ пожелаетъ, куда *ни* отправится, выдать себя своимъ именемъ? Кровь столькихъ народовъ подпишетъ собственной рукою и сможетъ успокоиться душой?

## EPISTOLA XXIV.

Ambrosius Valentiniano imperatori.

8. Vide autem quid intersit inter tuas minitationes, et Valentiniani augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiae te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantem Galliae per Alemanniae terras reflexit. Quid habet invidiae, si Bauto barbaros cum barbaris fecit discernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is adversum se utrinque praetendit, in medio Romani imperii sinu Iuthungi populabantur Rhetias; et ideo adversus Iuthungum Hunnus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, etiam de vicinia mali urgebat Gallias; coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeres. Confer utriusque factum. Tu fecisti incursum Rhetias, Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

## ПИСЬМО 24-Е.

Амвросіѣ императору Валентиніану.

Но посмотри, какая разница между твоими угрозами и кротостью державнаго отрока Валентиніана. Ты искалъ того, чтобы окруженному полчищами варваровъ обрушиться на Италію: Валентиніанъ отстранилъ Гунновъ и Алановъ, приближавшихся къ Галліи по странамъ Алеманніи. Что ненависти *въ томъ*, что Бавтонъ заставилъ варваровъ сражаться съ варварами? Такъ какъ когда ты занимаешь римскихъ солдатъ, когда они растягиваются съ обѣихъ сторонъ противъ себя *самихъ*, Юеунги опустошали Ретіи въ самомъ центрѣ Римской державы, и потому Гунны были приглашены противъ Юеунговъ. Однако онъ-же, поспирая со своихъ границъ Алеманнію и угнетая сосѣдствомъ бѣдствія Галліи, былъ вынужденъ повинуть свои триумфы, чтобы ты не боялся. Сравни подвигъ того и другого. Ты устроилъ набѣгъ на Ретіи, Валентиніанъ купилъ тебѣ миръ своимъ золотомъ.

AD OPERA S. AMBROSII  
APPENDIX.Expositio super septem visiones  
libri Apocalypsis.

## DE VISIONE QUARTA.

Cap. VII, v. 12. Et decem cornua quae

ПРИБАВЛЕНІЕ КЪ ТВОРЕНІЯМЪ СВ.  
АМБРОСІЯ.Объясненіе семи видѣній книги  
Апокалипсиса.

## О ЧЕТВЕРТОМЪ ВИДѢНІИ.

И десять роговъ, которые *ты* видѣлъ,

vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt.

... Significant... ea regna, per quae Romanum imperium destructum est. Partem namque Asiae per se primitus abstulerunt: postea vero Saraceni totam subegerunt: Vandali Africam sibi vindicaverunt, Gothi Hispaniam, Longobardi Italiam, Burgundiones Galliam, Franci Germaniam, Hunni Pannoniam: Alani autem et Suevi multa loca depopulati sunt, quae eorum subiacebant ditioni.

суть десять царей, которые еще не получили царства.

*Десять роювъ* означаютъ... тѣ царства, черезъ которыя разрушена Римская держава. Ибо часть Азии они отняли издавна сами собою, а затѣмъ Сарацины покорили всю; Вандали присвоили себѣ Африку, Готы Испанію, Лонгобарды Италию, Бургундіоны Галлію, Франки Германію, Гунны Паннонію, Аланы-же и Саввы опустошили много мѣстъ, которыя подчинены были ихъ власти.

Philosophorum aliquot epistolae,  
quorum habetur interpres  
S. Ambrosius.

ANACHARSIS CROESO.

Ego, Lydorum rex, in Graeciam adveni, Graecorum mores et studia et instituta percepturus. Auro autem nihil eges, satisque mihi est, ut ad Scythas redeam melior atque doctior. Veniam tamen ad te Sardeis, plurimi faciens tibi familiarem et amicum fieri.

Нѣсколько писемъ философовъ,  
переводникомъ которыхъ считается  
св. Амвросій.

АНАХАРСИСЪ КРЕЗУ.

Царь Лидіанъ, я прибылъ въ Грецію, желая воспринять нравы, занятія и учрежденія Грековъ. Въ золотѣ-же я нисколько не нуждаюсь, и для меня достаточно, чтобы вернуться къ Скиѣмъ лучше и образованнѣе. Однако я явлюсь къ тебѣ въ Сарды, такъ какъ очень высоко ставлю сдѣлаться твоимъ близкимъ и другомъ.

RUFIVS FESTVS AVIENVS.

РУФІЙ ФЕСТЪ АВИЕНЪ.

[Родомъ изъ Этруріи, потомокъ стояка Г. Мусонія Руфа, жилъ во 2-й половинѣ IV в. Отъ него сохранились стихотворные переводы: 1) Аратовыхъ *Φαινόμενα* и 2) «Землеописанія Діонисія» (1898 гексаметра), затѣмъ отрывокъ изъ «*Ora maritima*», — написаннаго ямбическими триметрами описанія береговъ Атлантическаго океана отъ Британніи до Гибралтара, береговъ Средиземнаго и Чернаго морей (сохранилось только начало: отъ береговъ Британніи до Массалии). См. о немъ Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* IV, 1, стр. 13 сл. — Текстъ: *Rufi Festi Avieni carmina* rec. Alfred Holder. Ad Aeni pontem 1887].

[DESCRIPTIO ORBIS TERRAE] <sup>1)</sup>).

ОПИСАНІЕ ЗЕМНОГО КРУГА.

Vv. 28—33 <sup>2)</sup>).

Europam atque Asiam Tanais disternit  
amnis.

Европу и Азію разграничиваетъ рѣка  
Танаидъ. Вытекая далеко изъ предѣловъ

1) In Holderi editione deest titulus. Litteras addendas vel omittendas in textu uncis enotare (ut fecit Holderus) supersēdimus. Adnotationes criticas vide sis apud Holderum. 2) Cf. Dionysii *Perieg.* vv. 14—22 (vol. I, p. 178 sq.).

Hic se Sarmaticis evolvens finibus alter  
 Scissus Araxeo prius aequore, iam suus unda  
 Effluit in Scythiam; procul hinc Maeotida  
 Tethyn  
 Intrat et inserto freta pellit vasta fluento,  
 Ismaricique riget semper flabris Aquilonis.

Сарматскихъ и будучи сначала разрѣзанъ водою Аракса, онъ затѣмъ вливается въ Скиѳію; далеко отсюда входитъ въ Мэотійскую Тетію, гонитъ влившимся потокомъ пространныя морскія воды и всегда мерзнетъ подъ дуновеніемъ Исмарійскаго Авилона.

## Vv. 39—43.

Caespes terga iacens Asiae succedit in oras,  
 Immensusque modi protenditur: hic latus  
 artans  
 Caspia contingit freta desuper, atque tumentis  
 Proximus Euxino est: Asiam conterminus iste  
 Europamque secat...

Лежащая сзади земля подходитъ къ побережьямъ Азии и тянется на неизмѣримое пространство; затѣмъ, суживая свои стороны, доходитъ сверху до Каспійскихъ водъ и весьма близка къ бушующему Евксину: онъ, служа границею, раздѣляетъ Азію и Европу.

Vv. 54—64<sup>1)</sup>.

Axe Lycaoniae rursum facis, atque ubi dura  
 Belligeratores nutrit tellus Arimaspas,  
 Nomine Saturni late iacet aequoris unda.  
 Hic densata sali stant marmora, pigrasque  
 ponti  
 Se natura tenet, numquam ruit effluus humor:  
 Mortuus hic Graio perhibetur gurgis in usu  
 Denique, quod lento stupeat plaga salsa  
 profundo,  
 Vel quod sole carens pars orbis taetra ri-  
 gescat.  
 Vix hebes has oras ardor Titanus adflat,  
 Vix evecta dies illuminat, omneque late  
 Pingue tenebrosa caelum subtexitur aethra.

Далѣе, подѣ осью Ликаонскаго свѣтла и тамъ, гдѣ суровая земля питаетъ воинственныхъ Аримасповъ, широко разстлана водное пространство подѣ именемъ Сатурнова. Здѣсь стоятъ сгущенныя воды океана, природа моря держится въ бездѣйствіи, и никогда не движется текучая влага. Эта бездна, наконецъ, въ греческомъ міросозерцаніи считается мертвою, потому что соленое пространство цѣпенѣетъ въ недвижномъ морѣ, или потому что эта часть земного круга, лишняя солнца, безобразно мерзнетъ. Эти побережья едва освѣщаетъ слабый жаръ Титана, едва освѣщаетъ появившійся день и все небо широко и густо заволакивается мрачнымъ туманомъ.

Vv. 214—254<sup>2)</sup>.

Interius lato Pontus se gurgite fundit,  
 Undarumque procul latus explicat, aurea  
 Phoebi  
 Qua rota purpureo repetit convexa sub ortu.  
 Sic obliqua maris panduntur denique dorsa,  
 Ut matutinis inclinent aequora habenis,  
 Longior aut boreae concedat gurgis in axem.  
 Pontus enim nostrae sinus est amplissimus  
 undae.

Далѣе разливаются Понтъ широкой бездной и далеко растягиваетъ берега свои въ волнѣ, гдѣ золотое колесо Феба поднимается подѣ пурпурнымъ востокомъ. Затѣмъ извилистые хребты моря простираются такъ, что склоняютъ воды къ утреннимъ браздамъ, или болѣе длинная бездна подходитъ къ оси Борея. Ибо Понтъ есть обширѣйшій заливъ нашего моря. Слѣва

1) Cf. Dion. vv. 27—35.

2) Cf. Dion. vv. 142—168.

Huic Asia ab laevis praecingitur Europamque  
Excipit, adversusque dehinc se Thracius artat  
Bosphorus et tenui vix panditur oris hiatu  
At qua diducto Pontus distenditur aestu,  
Et porrecta mari terrae iuga longius intrans  
In pelagus, tractuque vago sua litora linquunt,  
Caespite Paphlagonum prodit saxosa Ca-  
rambis,

Altera se cautes similis procul arietis ori,  
Dura pruinosa qua torpet Taurica caelo,  
Exerit, et tenta late premit aequora fronte.  
Eminus ista notum videt, arctos eminus illa.  
Porro inter fluctus ac fusi marmora ponti  
Proxima celsorum sic sunt sibi dorsa iugo-  
rum,

Quamvis vasta sali moles interfuit arces,  
Ut gemini sit forma maris. Sed brachia  
pontus

Finibus arctois, eoque lucis in ortum,  
Et qua prona dies atris involvitur umbris,  
Molliter inclinans, Scythici speciem facit  
arcus;

At tepidi de parte noti directior oram  
Continuumque iacens, rigidi sub imagine nervi  
Tenditur: excedit confinia sola Carambis  
In boream vergens, boreali rursus in arcto  
Ore sinus patulo Maeotidis alta paludis  
Aequora prorumpunt: Scythia late barbarus  
oras

Incolit, et matrem ponti cognominat undam.  
Sola parens ponto, genetrix haec sola fluente  
est:

Hoc se fonte trahunt vaga glauci marmora  
pontis,

Cimmerio prolapsa sinu; nam Bosphorus illic  
Cimmerius fauces aperit: circumque superque  
Cimmerii, gens dura, colunt, hic ardua Taurus  
In iuga consurgit, caelumque cacumine fulcit  
Verticis, et celsis late caput inserit astris.  
Huc, mirante salo, quondam sese intulit Argo  
Thessala, et innantem stupuerunt aequora  
cumbam.

онъ опоясывается Азіей и затѣмъ принима-  
етъ Европу; съ другой стороны сужи-  
вается Фракіійскій Воспоръ и едва разсту-  
пается въ узкомъ устьѣ. А тамъ, гдѣ Понтъ  
растягивается расширеніемъ водъ и вытя-  
нутые къ морю хребты земли входятъ  
дальше въ воды, оставляя за собою берега  
въ извилистомъ протяженіи, — тамъ изъ  
Пафлагонской земли выступаетъ скалистая  
Карамвія. Другая скала, похожая вдали на  
баранью голову, выступаетъ тамъ, гдѣ су-  
ровая Таврика цѣпенѣтъ подъ морознымъ  
небомъ, и широко давитъ море вытянутымъ  
челомъ. Этотъ мысъ вдали видятъ югъ, а  
тотъ — сѣверъ. Далѣе среди волнъ разли-  
таго моря хребты высокихъ горъ такъ  
близки другъ къ другу, — хотя между ними  
разливается обширное водное простран-  
ство, — что море имѣетъ видъ двойного.  
Но Понтъ, мягко склоняя свои изгибы къ  
сѣвернымъ предѣламъ, къ рожденію утрен-  
няго свѣта и туда, гдѣ склопяющійся къ  
закату день окутывается черными тѣнями,  
образуетъ видъ скинскаго лука. А со сто-  
роны теплаго Нота лежатъ божіе прямые  
и непрерывные берега, онъ тянется  
въ видѣ натянутой тетивы: за смежныя  
мѣстности выступаетъ только Карамвія,  
направляясь къ Борею. На сѣверѣ оныя  
черезъ открытое устье залива прорываются  
глубокія воды Мэотійскаго болота. Вар-  
варъ Скивъ на широкое пространство  
заселяетъ побережья и называетъ это  
море матерью Понта. Это — единственная  
родительница Понта, единственная произ-  
водительница моря: изъ этого источника  
текутъ зыбучія воды голубого Понта, про-  
рываясь Киммерійскимъ проливомъ; ибо  
тамъ открываетъ свои устья Киммерійскій  
Воспоръ: кругомъ и выше его живетъ су-  
ровое племя Киммерійцевъ. Здѣсь Тавръ  
поднимается круглыми хребтами, подираетъ  
вершиною небо и широко вдвигаетъ свою  
голову въ высочія звѣзды. Сюда нѣкогда  
прибылъ, на удивленіе морю, Фессалійскій  
корабль Арго, и морскія воды изумились  
плывущей по нимъ ладѣ.

Vv. 435—461<sup>1)</sup>.

Quin et Danubium produnt secreta repente

Вотъ внезапно выпускаютъ и Данувій

1) Cf. Dion. vv. 298—320.

Barbara, sed discors tamen est natura flu-  
ento.

Abnoba mons Histro pater est; cadit Abno-  
bae hiatu

Flumen; in eos autem convertitur axes,  
Euxinoque salo provolvitur: ora per aequor  
Quinque vomunt amnem, qua se procul in-  
sula Peuce

Exerit: hunc rigidi qua spirant flabra aqui-  
lonis,

Sarmata, Germani, Geta, Basternaeque fe-  
roces,

Dacorumque tenent populi, tenet acer Ha-  
lanus,

Incola Taurisci Scytha litoris; indeque rursum  
Dira Melanchlaeni gens circumfusa vagatur.  
Proxima Neurorum regio est, celeresque  
Geloni,

Praecinctique sagis semper pictis Agathyrsi.  
Inde Borysthenii vis sese fluminis effert

Euxinum in pelagus: tunc aequora Panti-  
carpei

Ardiscique tibi celso de vertice surgunt  
Riphaei montis, ubi dura saepe sub arcto  
Densa pruinosos eructant nubila nimbos.

Hic dites venae niveum gignunt crystallum,  
Adque hic indomito tellus adamante rigescit  
Inter Riphaeos et proceros Agathyrsos.

Hae gentes Histrum, qua se plaga dura Bo-  
otis

Porrigit, incumbunt: medii de parte diei  
Per dumosorum reptantes dorsa iugorum

Gerrhae habitant. Gerrhas attingunt oppida  
late

Norica, et immodicae rursum sola pinguis  
glaebae

Pannonia exeret....

далекія варварскія *земли*, по совсѣмъ пная природа этого потока. Горный хребетъ Абноба служитъ отцомъ Истру; рѣка вытекаетъ изъ ущелья Абнобы, по направляется къ восточнымъ странамъ и впадаетъ въ Евксинское море. Пять устьевъ изрыгають рѣку въ море, гдѣ вдали выступаетъ островъ Певка. Эту *рѣку*, гдѣ вѣютъ дуновения холоднаго Аввилона, занимають Сарматы, Германцы, Геты, жестокие Бастерны и народы Даковъ; занимаетъ храбрый Аланъ и Скивъ, обитатель берега Таврійскаго; затѣмъ кочуетъ разлитое вокругъ свирѣпое племя Меланхлановъ. Ближайшая къ нимъ земля Невровъ, быстрые Гелоны и Агаирсы, всегда одѣтые въ пестрые плащи. Оттуда выносятся въ Евксинское море сила рѣки Борисеенской; затѣмъ изливаются тебѣ воды Пантикарпа и Ардиска съ высокой вершины Рифейской горы, гдѣ на жестокомъ сѣверѣ густыя тучи часто извергають холодные дожди. Здѣсь богатыя россыпи производятъ *блоснѣжный* кристаллъ, и земля изобилуетъ неодолимымъ алмазомъ между Рифеями и высокими Агаирсами. Такие народы живутъ выше Истра, гдѣ простирается холодная страна Волопаса; со стороны полудня живутъ Герры, ползающіе по хребтамъ поросшихъ терновникомъ горъ; съ Геррами широко сопрясаются Норикскіе города, а затѣмъ Паппонія воздѣлываетъ тучную почву обширной земли...

Vv. 720—733<sup>1)</sup>.

Si quis laeva dehinc Euxini marmora sulcet,  
Ora Borysthenii qua fluminis in mare ver-  
gunt,

E regione procul spectabit culmina Leuces.  
Leuce cana iugum, Leuce sedes animarum:

Nam post fata virum semper versarier illic  
Insontes aiunt animas; ubi concava vasto

Cedit in antra sinu rupes, ubi saxa dehiscunt  
Molibus exesis, et curvo fornice pendent.

Если кто затѣмъ станетъ бороздить воды лѣвой стороны Евксина, гдѣ изливаются въ море устья Борисеенской рѣки, тотъ увидитъ вдали насупротивъ вершины Левки. Левка сѣдая горами, Левка жилище душъ. Ибо говорятъ, что тамъ вѣчно обитають послѣ смерти безгрѣшныя души мужей, гдѣ вогнутая скала образуетъ пещеры обширнымъ изгибомъ, гдѣ скалы разверза-

1) Cf. Dion. vv. 541—553.

Haec sunt dona piis: sic illos Iuppiter imis  
Exemit tenebris, Erebi sic inscia virtus.  
Rursum Cimmerius qua Bosphorus ora pa-  
tescit,

Dexterio ponto subit insula, vastaque late  
Excedit moles pelagus: sedet eminus ingens  
Phaenagore, et muros attollit Hermonassa.

ются источенными массами и висят искривленнымъ сводомъ. Такова награда благочестивымъ; такъ Юпитеръ изъясъ ихъ изъ мрака преисподней, такъ доблесть не познаетъ Ереба. Опять и у той берега, гдѣ открывается Восторъ Киммерійскій, справа выходитъ изъ моря островъ, и обширная скала широко выступаетъ изъ воды: лежитъ вдали огромная Фэнагора, и поднимаетъ свои стѣны Ермонасса.

Vv. 852—891<sup>1)</sup>.

Accipe, qui populi circumdant denique Tau-  
rum.

Maecotae primi salsam cinxere paludem.  
Obversatur item trux Sarmata, bellica quon-  
dam

Gentis Amazonidum suboles: nam cum prius  
illae

Egissent vasti prope flumina Thermodontis  
Threicio de Marte satae, iunxere profectae  
Concubitus: longas exercet Sarmata silvas:  
Ex quibus elapsus Tanais procul arva per-  
errat

Barbara, et in salsam protendit terga palu-  
dem.

Hic Asiam Europa disternit, arduus istum  
Caucasus eructat: Scythicos hic fusus in  
agros

Inpacatorum nutrit pubem populorum.  
Huius utrumque latus quatit amplis bruma  
procellis,

Constrictumque tenent hunc frigora. proxima  
rursus

Cimmerii Sindique colunt: Cercetia gens est  
Adque Toretarum propter genus: indeque  
Achaei,

Ab Xanthi ripis atque Idaeo Simoente,  
Inter chauricrepas et scruposas convallis  
Transvexere larem. iuxta gens aspera degit  
Eniochi, Zygi que dehinc, qui regna Pelasgum  
Linquentes quondam tenuerunt proxima  
ponti.

Impiger hos propter Colchus colit: iste fe-  
raci

Exul ab Aegypto celsae serit aspera rupis:  
Caucasus Hircanae nimium conterminus  
undae (est).

Узнавъ наконецъ, какіе народы окружаютъ Тавръ. Мэоты первые окружили соленое болото. Встрѣчается также свирѣпый Сарматъ, нѣкогда воинственная отрасль племени Амазонидъ: эти дочери Фракійскаго Марса раньше жили вблизи потоковъ широкаго Фермодонта, а затѣмъ вышли оттуда и заключили браки. Сарматъ живеть въ обширныхъ лѣсахъ. Танаидъ, вытекающая изъ нихъ, далеко блуждаетъ по варварскимъ полямъ и потомъ впадаетъ въ соленое болото. Онъ разграничиваетъ Азію отъ Европы. Его извергаетъ высокій Кавказъ; разлившись въ Скиѣскія равнины, онъ кормитъ молодежь немирныхъ народовъ. Оба берега его зима поражаетъ жестокими бурями, и холода держатъ его замерзшимъ. Ближайшія мѣстности населяютъ Киммерійцы и Синды. Вблизи живеть племя Керкетское и родъ Торетовъ. Затѣмъ Ахейцы отъ береговъ Ксанеа и отъ Идейскаго Симоента перевезли своихъ ларовъ въ обуреваемая вѣтрами каменныя долины. Вблизи живеть суровое племя Иніховъ, затѣмъ Зиги, которые нѣкогда, покинувъ царства Пеласговъ, заняли ближайшія мѣстности Понта. Вблизи ихъ живутъ дѣятельные Колхи: эти изгнанники изъ плодоноснаго Египта засѣваютъ крутизны высокой скалы. Кавказъ очень близокъ къ Иранскимъ водамъ. Вдали отъ нихъ шумитъ въ долинѣ Фасидъ и, протеки по Киркейскимъ полямъ, впадаетъ въ Евсинъ. Отъ сѣвернаго полюса неба опять лежитъ земля, склоненная къ предѣламъ восточнаго свѣта и сосѣдная съ

1) Cf. Dion. vv. 652—710.



Huius valle procul Phasis gemit, istius antro  
 Agmina provolvit, Circaeaque lapsus in arva  
 Incidit Euxinum. borealis cardine caeli  
 Rursus in eoae lucis confinia tellus  
 Inclinata iacet, gemino vicina profundo.  
 Caspia nam late terram super adluit unda,  
 Euxinique subest tergum salis: asper Hiberus  
 Hic agit: hic olim Pyrenide pulsus ab ora  
 Caespitis eoi tenuit sola, ceu vaga saepe  
 Fors rapit exactos patria: tenet aequora  
 campi  
 Gens Camaritarum, qui post certamina Bac-  
 chum,  
 Indica Bassaridum cum duceret agmina victor,  
 Accipere casis mensasque dedere Lyaeo:  
 Orgia ludentes et nebride pectora cincti  
 Deduxere choros, Nysaei ludicra ritus.  
 Hos super in fluctus adsurgit Caspia Tethys.

двумя морями. Ибо Каспійская волна широко омываетъ сверху землю, а съ другой стороны лежитъ хребтъ Евксинскаго моря. Здѣсь живутъ суровые Иверы: они, будучи нѣкогда изгнаны съ Пиренскаго побережья, заняли земли восточной страны, или невѣрный часто случай увлекъ ихъ, изгнанныхъ съ родины. Поверхность равнины занимаетъ племя Камаритовъ, которые приняли въ хижины Вакха, когда онъ послѣ битвы побѣдоносно велъ индійскія рати Бассаридъ, и предложили Лику угощеніе. Совершая оргіи и опоясавъ грудь небредою, они водили хороводы, совершая веселые обряды Нисейскаго культа. Выше ихъ поднимается въ волны Каспійская Тѣтисъ.

Vv. 898—922<sup>1)</sup>.

Caspia per teretes Tethys distenditur oras,  
 Et sinuant curvis hanc totam litora terris.  
 Tantum sed fuso pontus iacet iste profundo,  
 Ut ter luna prius repararet facis incrementa,  
 Quam quis caeruleum celeri rate transeat  
 aequor.  
 Gurgitis Oceanus pater est: namque iste  
 nivalis  
 Axe Helices infert rapidi freta concita ponti,  
 Et sinus inde sibi pelagus trahit: hic vada  
 propter  
 Caspia versatur Scytha belliger; hicque fe-  
 roces  
 Degunt Albani: trux illic arva Cadusus  
 Dura tenet, Mardi celeres, Нурсани Аpyrique.  
 Caespite vicino Mardus fluit, et procul ipsos  
 Accedit Bactros; attingens denique atroces  
 Agmine Dercebios, medius disternat ambos,  
 Нурсаниque salis tumido convolvitur aestu,  
 Sed Bactrena solo vasto procul arva recedunt,  
 Parnassique iugi tegitur gens rupibus illa:  
 Dercebios aliud cohibet latus et vada tangit  
 Caspia: tum clari pharetris agilique sagitta  
 Massagetae rauci succedunt flumen Araxis:  
 Durum ab stirpe genus, placidae mens nes-  
 cia vitae,

Каспійская Тѣтисъ разстиается въ извилистыхъ берегахъ, и береговья линіи извиваютъ всю ее въ кривыхъ земляхъ. Все это море лежитъ на такомъ широкомъ пространствѣ, что луна трижды возобновить нарастаніе *своею* свѣта прежде, чѣмъ кто нибудь проѣдетъ голубое море на быстрой ладѣ. Отецъ *этой* бездны — Океанъ: ибо онъ отъ оси свѣтлой Елики вноситъ волнующіяся воды быстрого моря, и оттуда море влечетъ къ себѣ заливы. Здѣсь, вблизи Каспійскихъ водъ скитается воинственный Скивъ, здѣсь же живутъ свирѣпые Албанцы. Тамъ занимаетъ каменныя поля кровожадный Кадусъ, быстрые Марды, Ирканды и Апыры. По сосѣдней землѣ течетъ Мардъ и вдали доходитъ до самыхъ Бактровъ; наконецъ, касаясь *своимъ* теченіемъ жестокихъ Деркевіевъ, онъ раздѣляетъ посреднѣ тѣхъ и другихъ и поглощается бурнымъ теченіемъ Иркандскаго моря. Но Бактрійскія поля далеко отступаютъ отъ обширной земли, и это племя прикрывается скалами Парнасскаго хребта. Деркевіевъ ограничиваетъ другой бокъ и касается Каспійскихъ водъ. Потому

1) Cf. Dion. vv. 718—732.

Ignorant flavae Cereris commercia, Bacchi  
Semper inexpertes animam traxere ferinam.  
His cibus et potus simul est: nam sanguen  
equinum  
Et lac concretum per barbara guttura sor-  
bent...

славные колчанами и легкими стрѣлами  
Массагеты приближаются къ теченію глухо  
шумящаго Аракса: племя свѣрѣное отъ  
рожденія, мысль незнакома съ спокойной  
жизнью; они не знаютъ обхожденія съ  
свѣтлокурой Церерой и, никогда не вку-  
шая *даровъ* Вакха, имѣютъ звѣрскую душу.  
У нихъ вмѣстѣ пища и питье: они погло-  
щаютъ *своими* варварскими глотками кон-  
скую кровь и сгущенное молоко.

Vv. 942—952 <sup>1)</sup>.

Nunc rursus ab Colchis et glaucis Phasidis  
undis  
Occiduum ad solem populos memorate, Ca-  
menae,  
Usque in Threicii fauces maris! aspera pri-  
mum  
Byzeron est gens: diri sunt inde Bechires,  
Macrones, Phyliresque et pernix Durateum  
gens.  
Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri  
Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.  
Post hos Assyriae tenduntur iugera terrae,  
Armenioque iugo late surgens Thermodon  
Gentis Amazonidum lambit sata...

Теперь, Камены, напомните *мнѣ* па-  
роды къ западу отъ Колховъ и синихъ  
волнъ Фасида до пролива Фракійскаго  
моря! Первое *здѣсь* суровое племя Визир-  
ровъ, затѣмъ грубые Вехиры, Макроны,  
Филеры и проворное племя Дуратеевъ <sup>2)</sup>.  
Далѣ Тиварны, а выше *изъ* Халпы, гдѣ  
богатія гибельнымъ желѣзомъ поля огла-  
шаются стукомъ высокихъ наковалень. За  
ними разстилаются десятины земли Асси-  
рійской, и Термодонтъ, берущій начало съ  
Арменскаго хребта, лижетъ нивы племени  
Амазонидъ...

## Vv. 1209—1223.

At rursus Armeniae si quis pede pergat ab  
arce  
Rupis, et eoas gressum producat in oras,  
Medica prolixos spectabit regna per agros.  
Horum qui gelidi succedunt plaustra Bootis,  
Pinguia rura tenent: sunt illic Atropateni,  
Sunt Geri et Mardi. tepidum qui rursus ad  
Austrum  
Oram habitant, Scythicae deducunt semina  
gentis.  
Nam Medea ferox fuit olim sanguinis auctor.  
Haec cum Pandionis letum componeret aulae,  
Attica qua pulchro tellus pinguescit Ilisso,  
Proditur inque fugam propere convertitur  
exul.  
Has post in terras pinu subit Aetine

А если кто отправится отъ вершины  
Арменской скалы и направить *свои* шаги  
къ восточнымъ побережьямъ, то увидитъ  
Мидійскія царства по обширнымъ полямъ.  
Въ нихъ тѣ, которые подходятъ къ колес-  
ницѣ ледянаго Вохопаса, занимаютъ туч-  
ныя нивы: тамъ живутъ Атропатны, Геры  
и Марды; а съ другой стороны тѣ, кото-  
рые занимаютъ побережье къ теплomu  
Австру, ведутъ свое происхожденіе отъ  
Скѣскаго племени. Ибо *изъ* родоначаль-  
ницей была вѣкогда жестокая Медея.  
Когда она совершила убійство во дворцѣ  
Пандіона, гдѣ Аттическая земля тучиѣтъ  
отъ прекраснаго Илсса, она была выдана  
и изгнанницей обратилась въ поспѣшное

1) Cf. Dion. vv. 761—774.

2) Durateum gens = Mossynoeci.

Inseditque locos: veteres accedere Colchos  
Nulla inerat menti fiducia; denique ab illa  
Medorum suboli magicae furor artis in-  
haeret.

бѣгство. Потомъ дочь Эпта прибыла на  
кораблѣ въ эти земли и заняла *эти* мѣ-  
ста: въ *ея* душѣ не было довѣрія, чтобы  
возвратиться къ старымъ Колхамъ. Затѣмъ  
отъ нея сохраняется въ Мидійскомъ по-  
томствѣ страсть къ магическому искусству.

## [ORA MARITIMA] 1).

## МОРСКОЕ ПОБЕРЕЖЬЕ.

Vv. 32—50.

Interrogasti 2), si tenes, Maeotici  
Situs quis esset aequoris. Sallustium  
Noram id dedisse, dicta et eius omnibus  
Praejudicatae auctoritatis ducier  
Non abnuebam: ad eius igitur inclytam  
Descriptionem, qua locorum formulam  
Imaginemque expressor efficax stili  
Et veritatis paene in optutus dedit  
Lepore linguae, multa rerum iunximus,  
Ex plurimorum sumpta commentariis.  
Hecataeus istic quippe erit Milesius,  
Hellanicusque Lesbius, Phileus quoque  
Atheniensis, Caryandaeus Scylax,  
Pausimachus inde, prisca quem genuit Samos,  
Quin et Damastus nobili natus Sige,  
Rhodoque Bacoris ortus, Euctemon quoque  
Popularis urbis Atticae, Siculus Cleon,  
Herodotus ipse Thurius, tum qui decus  
Magnum loquendi est, Atticus Thucydides.

Ты спросилъ, если помнишь, каково  
положеніе Мэотійскаго моря. Я зналъ, что  
его *описание* далъ Саллустій, и не отри-  
цалъ, что его слова у всѣхъ пользуются  
признаннымъ авторитетомъ; вѣтъ, къ его  
знаменитому описанію, въ которомъ дѣя-  
тельный выразитель стили и истинны изящ-  
нымъ языкомъ далъ почти наглядное рас-  
положеніе и изображеніе мѣстностей, мы  
присоединили многія данныя, замѣствован-  
ныя изъ сочиненій множества *писателей*.  
Именно, здѣсь будетъ Екатаей Милетскій,  
Елланикъ Лесвійскій, Филей Аѳенскій,  
Скылакъ Каріандскій, затѣмъ Павсиммахъ,  
котораго родилъ старый Самось, а также  
Дамастъ, рожденный въ славномъ Сигѣ,  
Родосскій уроженецъ Вакоръ, гражданинъ  
Аттическаго города Евктимонъ, Клеонъ  
Сицилійскій, самъ Иродотъ Тѹрійскій и,  
наконецъ, великая краса рѣчи, Аттичскій  
Фукидидъ.

Vv. 68—73.

Laboris autem terminus nostri hic erit,  
Scythicum ut profundum et aequor Euxini  
sali  
Et si quae in illo marmore insulae tument,  
Edisserantur: reliqua porro scripta sunt  
Nobis in illo plenius volumine,  
Quod de orbis oris partibusque fecimus.

Предѣломъ *этою* нашего труда будетъ  
описаніе Скиѳскаго моря, поверхности  
Евксинскихъ водъ и тѣхъ острововъ, ко-  
торые вадываются на этомъ морѣ. Осталь-  
ное полнѣе описано нами въ томъ сочи-  
неніи, которое мы составили о побережь-  
яхъ и частяхъ *земною* круга.

1) Titulus deest apud Holderum.

2) Probum adloquitur auctor.

## PHILASTRIVS.

## ФИЛАСТРІЙ.

[Епископъ бресчанскій, современникъ св. Амвросія. Между 386 и 391 гг. написалъ перечень различныхъ еретическихъ ученій ветхаго и новаго завѣта. Нѣкоторыя біографическія свѣдѣнія о немъ сообщаетъ его преемникъ по епископской кафедрѣ Гавденцій въ рѣчи De vita et obitu Philastrii. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 357. — Текстъ: Corpus scr. eccles. Rom. vol. XXXVIII. S. Filastrii diversarum hereseon liber ex rec. Fr. Marx. 1898].

## DIVERSARVM HERESEON LIBER.

## КНИГА О РАЗНЫХЪ ЕРЕСЯХЪ.

CXXI, 4 (р. 86). Tertio autem [filio], Iapheth nomine, Cappadociam ingredientibus atque a Cilicia exeuntibus loca frigida, quae sunt Armeniae Bosfori Ponti Thraciae Pannoniarum Illyrici Italiae, et occidentis universas partes iussu divino ei statuendo attribuit [Noë].

Третьему [сыну], именовъ Іафету, [Ноѣ] по повелѣнію Божію передаетъ холодныя мѣста при входѣ въ Каппадокію и выходѣ изъ Киликіи, которыя лежатъ въ Арменіи, Восфорѣ, Понтѣ, Фракіи, Панноніяхъ, Иллирикѣ и Италиі, и всѣ вообще части Запада.

## TYRANNIVS RVFINVS.

## ТИРАННІЙ РУФИНЪ.

[Родился въ Конкордіи неподалеку отъ Аквилы. Учился въ Римѣ, по возвращеніи оттуда принялъ крещеніе въ одномъ монастырѣ въ сосѣдствѣ Аквилы. Въ 371 г., благодаря покровительству знатной римской матроны Меланіи, отправился на Востокъ, съ 378 до 397 г. провель въ Іерусалимѣ, гдѣ основалъ монастырь на Масличной горѣ. Затѣмъ, вернувшись на родину, умеръ въ 410 г. Конечъ жизни Руфина былъ омраченъ ссорой его съ другомъ дѣтства, блж. Іеронимомъ. Главное значеніе Руфина для римской литературы основано на переводахъ его греческихъ отцовъ церкви: Василія Великаго, Григорія Назіанзина, Оригена, Евсевія, Климента Римскаго и др. Къ переводу церковной исторіи Евсевія Руфинъ прибавилъ двѣ книги собственнаго сочиненія, въ которыхъ излагаетъ событія отъ 324 г. до 395. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 371 сл.; А. П. Лебедевъ, Церк. историографія (М. 1898), стр. 116 сл. — Текстъ: Migne, Patrologia Latina, v. 21, col. 480 sqq.].

Извлеченія и переводъ А. І. Маленна.

## HISTORIA ECCLESIASTICA.

## ЦЕРКОВНАЯ ИСТОРИЯ.

## LIBER I. CAPUT X.

## КНИГА I. ГЛАВА 10.

De conversione gentis Iberorum per captivam facta.

Объ обращеніи народа Иверовъ, совершеномъ черезъ плѣнницу.

Per idem tempus etiam Iberorum gens, quae sub axe Pontico jacet, verbi Dei foedera et fidem futuri susceperat regni. Sed hujus tanti boni praestitit causam mulier quaedam captiva, quae apud eos reperta cum fidelem et sobriam satis ac pudicam duceret vitam, totisque diebus ac noctibus obsecrationes Deo pervigiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei novitas Barbaris coepit, et quid hoc sibi velit, curiosius per-

Въ то-же время и народъ Иверовъ, живущій подъ Понтійскимъ небомъ, воспринялъ законы слова Божія и вѣру въ будущее царство. Виновицей этого столь великаго блага явилась одна плѣнница. Она, понавъ къ нимъ, вела жизнь вполне смиренную, трезвую и цѣломудренную и по цѣлымъ днямъ и ночамъ неуспшно возносила молитвы Богу; самая новизна дѣла начала удивлять варваровъ, и они стали

quirebant. Illa, ut res erat, simpliciter Christum se Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari praeter novitatem nominis mirabantur. Verum (ut fieri solet) ipsa perseverantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta devotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, ut si parvulus aegrotet, circumferatur a matre per singulas domos, quo scilicet si quis experti aliquid remedii noverit, conferat laboranti. Cumque mulier quaedam parvulum suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remedii, cunctas domos lustrando, cepisset, venit etiam ad captivam, ut si quid sciret, ostenderet. Illa se humani quidem remedii nihil scire testatur, Deum tamen suum Christum, quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem confirmat. Cumque cilicio suo parvulum superposuisset, atque ipsa desuper orationem fudisset ad Dominum, sanum matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factique fama magnifici usque ad aures reginae perlabitur. Quae dolore quodam gravissimo corporis afflicta, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captivam deduci. Illa ire abnuit, ne praesumere amplius aliquid quam sexus sineret, videretur. Ipsam se regina deferri ad captivae cellulam iubet. Quam similiter supra cilicium suum positam, invocato Christi nomine, continuo post precem sanam et alacrem fecit exurgere. Christumque esse Deum, Dei summi Filium, qui salutem hanc contulerit, docet: eumque, quem sibi auctorem suae sciret esse incolumitatis et vitae, commonet invocandum. Ipsum namque esse, qui et regibus regna distribuat, et mortalibus vitam. At illa cum laetitia domum regressa, marito percontanti causam tam subitae sanitatis aperuit, quique cum pro salute conjugis laetus et mulieri munera deferre iuberet, illa: Horum, inquit, o rex, nihil captiva dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus, si eum, qui me, illa invocante, sanavit, Christum Deum colamus. Ad hoc tunc rex segnior fuit, et interim distulit, saepius licet ab uxore commonitus, donec accidit quadam die venante eo in silvis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, et per tetrae noctis horrorem luce subducta, caecis iter gressibus denegari. Alius alio diversi

тщательно разузнавать, что это значитъ. Та, какъ и было дѣло, просто призналась, что такимъ образомъ она чтить Христа Бога. Варвары не удивлялись затѣмъ ничему болѣе, кромѣ новизны имени. Но, какъ водится, самая настойчивость возбуждала нѣкоторое любопытство *изъ* женщинъ, *ожидавшихъ*, не получится-ли какой выгоды отъ *этого* столь сильнаго благочестія. Говорятъ, что у нихъ существовалъ обычай, что если захвораетъ ребенокъ, мать начинаетъ носить его по отдѣльнымъ домамъ, съ *тою цѣлю*, чтобы каждый, кто знаетъ какое-нибудь испытанное средство, помогъ страждущему. И *вотъ*, когда одна женщина обнесла по обычаю своего малютку по всемъ и, обойдя всѣ дома, не получила никакого средства, она пришла и въ плѣнницѣ, чтобы та указала *ей*, если что-нибудь знаетъ. Та заявляетъ, что человѣческаго средства она не знаетъ никакого, но увѣряетъ ее, что ея Богъ Христосъ, котораго она чтала, можетъ даровать ей спасеніе, въ которомъ отчаялись люди; *затѣмъ*, положивъ ребенка на свою власяницу и вознеся, кромѣ того, молитву Господу, она вернула матери дитя здоровымъ. Слухъ *объ этомъ* распространяется у многихъ, и молва *объ удивительномъ* происшествіи доносится до ушей царицы, которая, удрученная какимъ-то весьма тяжелымъ тѣлеснымъ недугомъ, пребывала въ величайшемъ отчаяніи. Она проситъ привести къ ней плѣнницу. Та отказывается идти, чтобы не показалось, что она беретъ на себя нѣчто болѣе, чѣмъ позволялъ-бы ея полъ. *Тогда* царица велитъ отнести самое себя къ кельѣ плѣнницы. *И та*, подобнымъ образомъ положивъ ее на власяницу и призвавъ имя Христова, сразу послѣ молитвы подняла ее здоровой и бодрой; *при этомъ* она поучаетъ царицу, что это исцѣленіе подалъ ей Богъ Христосъ, сынъ Всевышняго Бога, и наставляетъ ее, что слѣдуетъ призывать Его, который, какъ должна знать *царица*, явился виновникомъ ея здоровья и жизни. Ибо это Онъ раздаетъ и царства царямъ, и жизнь людямъ. И царица, съ радостью вернувшись домой, открыла мужу, на его вопросъ, причину столь внезапнаго исцѣленія; когда же тотъ, радуясь здоровью супруги, велѣлъ отнести плѣнницѣ подарки, царица сказала: «Царь, ничего *изъ* этого плѣнница не дѣлаетъ: она

ex comitibus oberrant, ipse solus densissima obscuritate circumdatus, quid ageret, quo se verteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit. Si vere Deus est Christus ille, quem uxori suae captiva praedixerat, nunc se de his tenebris liberet, ut ipsum ex hoc omissis omnibus coleret. Illico ut haec nondum verbo, sed sola mente devoberat, reddita mundo dies regem ad urbem perducit incolumem. Quique reginae rem protinus ut gesta est pandit. Evocari iam iamque captivam, et colendi ritum ut sibi tradat, exposcit: neque se ultra alium Deum quam Christum veneraturum esse confirmat. Adest captiva, edocet Deum Christum: supplicandi ritum venerandique modum, in quantum de his aperire feminae fas erat, pandit. Fabricari tamen Ecclesiam monet, formamque describit. Igitur rex, totius gentis populo convocato, rem ab initio quae erga se ac reginam gesta fuerat, exponit, fidemque edocet, et nondum initiatus in sacris fit suae gentis apostolus. Credunt viri per regem, feminae per reginam: cunctisque idem volentibus Ecclesia exstruitur instanter: et elevato jam perneciter murorum ambitu, tempus erat quo columnae collocari deberent. Cumque erecta prima vel secunda, ventum fuisset ad tertiam, consumptis omnibus machinis, et boum hominumque viribus, cum media jam in obliquum fuisset erecta, et pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secundo et tertio ac saepius viribus, ne loco quidem moveri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi. regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cum interventu noctis omnes abcessissent, cunctique mortales et ipsa opera cessarent, captiva sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus: cum ecce matutinus et anxius cum suis omnibus ingrediens rex videt columnam, quam tot machinae ac tot populi movere non quiverant, erectam, et supra basim suam librata suspensam, nec tamen superpositam, sed quantum unius pedis spatio in aere pendentem. Tunc vero omnes populi contuentes et magnificantes Deum, veram esse regis fidem, et captivae religionem praesentis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce mirantibus adhuc et stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam,

отвергаетъ золото, пренебрегаетъ серебромъ, пятается цостомъ какъ бы пищей; одинъ только даръ принесемъ мы ей, если будемъ чтить того Христа Бога, который подѣлалъ меня по ея молитвѣ». Царь отнесся тогда къ этому невнимательно и на время отложилъ, хотя жена часто напоминала ему. Но вотъ однажды во время охоты его днемъ въ лѣсахъ со своей святой случилось, что дневной свѣтъ окутался густымъ мракомъ, и при полномъ исчезновеніи его въ ужасѣ темной ночи, исчезла всякая возможность идти впередъ. Его спутники, разобѣясь въ разныя стороны, заблудились, и онъ, *оставшись* одинъ, окруженный непроглядною тьмою, не зналъ, что ему дѣлать и куда обратиться; и вдругъ *его* душу, измученную отчаяніемъ въ спасеніи, ослѣпила такая мысль: если воистину есть Богъ тотъ Христосъ, котораго проповѣдала его женѣ плѣнница, то пусть Онъ освободитъ теперь его изъ этого мрака, чтобы чтить Его впредь, поклонивъ *всѣхъ прочихъ*. И тотчасъ, лишь только онъ далъ этотъ обѣтъ одною мыслью и не успѣлъ еще *выразить* словомъ, дневной свѣтъ, возвращенный міру, невредимо довелъ царя до города. Онъ тотчасъ открываетъ царицѣ, что *съ нимъ* случилось, затѣмъ вызываетъ плѣнницу, требуетъ передать ему обрядъ поклоненія и утверждаетъ, что не будетъ впредь чтить иного Бога, кромѣ Христа. Является плѣнница, поучаетъ о Богѣ Христѣ, разъясняетъ, насколько это можно было открыть женщиной, обрядъ молитвы и способъ богопочитанія. При этомъ она увѣщаетъ построить церковь и описываетъ ея видъ. Итакъ царь, созвавъ народъ изъ всего племени, излагаетъ съ *самаго* начала обстоятельства, которыя случились съ нимъ и съ царицей, поучаетъ вѣрѣ и, еще не посвященный въ святыню, становится апостоломъ своего племени. Мужчины вѣруютъ благодаря царю, женщины — благодаря царицѣ, и при единодушномъ желаніи всѣхъ немедленно приступаютъ къ строительству церкви. Быстро возведена была окружность стѣны, и настала пора ставить колонны. Когда были воздвигнуты первая и вторая, и приступили къ третьей, то, принявъ всѣ сооруженія и силы быковъ и людей, успѣли поднять ее вкось до середины, но остальная часть не поднималась никакими приспособ-

nullo contingente, columna deposita, summa cum libratione consedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, ut omnes quae superfuerant, ipsa die locarentur. Postea vero quam Ecclesia magnifice constructa est, et populi fidem Dei maiore ardore sitiabant, captivae monitis ad imperatorem Constantinum totius gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui coeptum erga se Dei munus explerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmissis, multo amplius ex hoc laetatus est, quam si incognitas Romano imperio gentes et regna ignota iunxisset. Haec nobis ita gesta fidelissimus vir Bacurius, gentis ipsius rex, et apud nos Domesticorum Comes (cui summa erat cura et religionis et veritatis) exposuit, cum nobiscum Palaestini tunc limitis Dux, in Ierosolymis satis unanimiter degeret.

соблѣніями. Несмотря на вторичныя, троекратныя и частыя успія всѣхъ, ее нельзя было даже сдвинуть съ мѣста; всѣ участники работы цзнемогли. Удивленіе овладѣло всѣмъ народомъ, мужество царя стало ослабѣвать; никто не зналъ, что слѣдовало сдѣлать. Но когда съ наступленіемъ ночи всѣ удалились, и бездѣйствовали какъ всѣ люди, такъ и самыя работы, одна только плѣнница осталась на мѣстѣ и провела всю ночь въ молитвѣ. *И* вотъ, когда царь на утро приходитъ обезпокоенный со всѣми своими, онъ видитъ поднятою и свободно висящею надъ своимъ основаніемъ колонну, которую не смогло сдвинуть такое множество приспособленій и людей; при этомъ она не была поставлена на *основаніи*, а висѣла въ воздухѣ на разстояніи прѣмѣрно одного фута. И тутъ весь народъ, созерцая *это* и прославляя Бога, сталъ говорить, что свидѣтельствомъ настоящаго чуда подтверждается истинность вѣры царя и религія плѣнницы. И вотъ, когда всѣ еще цѣпенѣли въ изумленіи, на ихъ глазахъ колонна медленно опустилась на свой базисъ безъ всякаго прикосновенія и установилась въ полномъ равновѣсіи. Послѣ этого остальное число колоннъ было поднято съ такою легкостью, что всѣ прочія были поставлены въ *тотъ* самый день. Послѣ-же того, какъ церковь была великолѣпно выстроена, и народъ съ большимъ жаромъ жаждалъ вѣры въ Бога, по указаніямъ плѣнницы къ императору Константину отправляется посольство *отъ* всего племени; излагается свершившееся; приносится просьба прислать священнослужителей, чтобы они завершили начатое дѣло Божіе. Переславъ ихъ съ полнымъ удовольствіемъ и почетомъ, императоръ обрадовался этому гораздо болѣе, чѣмъ если бы онъ присоединилъ къ Римской власти неизвѣстныя племена и невѣдомыя царства. Что это такъ свершилось, намъ изложилъ мужъ вполне достойный довѣрія, Бакурій, царь этого самаго племени и начальникъ гвардіи при нашемъ дворѣ (онъ въ высшей степени заботился и о добросовѣстности, и о правдивости), когда онъ жилъ съ нами вполне единодушно въ Іерусалимѣ, *будучи* тогда начальникомъ Палестинской границы.

AVRELIVS PRVDENTIVS  
CLEMENS.АВРЕЛІЙ ПРУДЕНЦІЙ  
КЛЕМЕНТЬ.

[Знаменитѣйшій древнехристіанскій поэтъ, род. въ 348 г. по Р. Хр., умеръ раньше 413 г., но когда именно, неизвѣстно. Въ молодости посвятилъ себя юриспруденціи, затѣмъ занималъ государственныя должности и былъ близокъ къ императору Теодосію; подъ старость удалился въ монастырь. Изъ его стихотвореній особенно извѣстны: *Cathemerinon liber* (собраніе благочестивыхъ стихотвореній на разные часы дня и разные дѣйствія), *Apotheosis* (о богочеловѣчествѣ Иисуса Христа), *Psychomachia* (о борьбѣ добродѣтелей и пороковъ въ челоуѣкѣ), *Namartigenia* (о происхожденіи грѣха), 2 книги *Contra Symmachum*, *Peristephanon liber* (гимны въ прославленіе апостоловъ и первыхъ христіанскихъ мучениковъ) и др. Собраніе стихотвореній было издано авторомъ въ 405 г. — На русскомъ языкѣ Пруденцію посвящено обстоятельное изслѣдованіе П. Цвѣткова: *Аврелій Пруденцій Клементъ*. М. 1890. — Текстъ: *Aurelii Prudentii Clementis quae exstant carmina* rec. Alb. Dressel. 2 v. Lips. 1860].

## APOTHEOSIS.

## ОБОГОТВОРЕНІЕ.

Vv. 424—432.

Audiit adventum Domini, quem solis Hiberi  
vesper habet, roseus et quem novus excipit  
ortus.

Laxavit Scythicas verbo penetrante pruinas  
vox evangelica, Hircanas quoque fervida  
brumas

solvit, ut exutus glacie iam mollior amnis  
Caucasea de cote fluat Rhodopeius Hebrus.  
Mansuevere Getae, feritasque cruenta Geloni  
lacte mero sitiens exangula pocula miscet  
libatura sacros Christi de sanguine potus.

О пришествіи Господа услышалъ и  
*тогда*, кто живетъ у заката Иверскаго  
солнца, и *тогда*, кого принимаетъ розовый  
новый востокъ. Евангельское слово своимъ  
проникновеніемъ ослабило Скиѣскіе моро-  
зы и разрѣшило своимъ жаромъ Иранскія  
зимы, такъ что Родопскій Ебрь, освобо-  
жденный отъ льда, уже болѣе спокойною  
рѣкою течетъ съ Кавказскихъ скалъ. Укро-  
тились Геты, кровавая дикость Гелона при  
жаждѣ пополяетъ безкровныя чаши чи-  
стымъ молокомъ, дабы принести жертвы  
святымъ питіемъ изъ крови Христовой.

## CONTRA SYMMACHVM.

## ПРОТИВЪ СИММАХА.

Lib. I v. 395 commemorantur «Taurica sacra».

Lib. II, vv. 294—5.

Praecipitet Scythica iuvenis pietate vietum  
votivo de ponte patrem: sic mos fuit olim.

Пусть по Скиѣскому благочестію юно-  
ша низвергаетъ съ обѣтнаго моста одря-  
хлѣвшаго отца: таковъ былъ нѣкогда  
обычай.

Vv. 696—699.

Temptavit Geticus nuper delere tyrannus <sup>1)</sup>  
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro,

... Недавно Гетскій тираннъ, шедшій  
съ клятвою отъ родного Истра, пытался

1) Videtur esse Alaricus. Cf. Dressel ad l.



has arces aequare solo, tecta aurea flammis  
solvere, mastrucis proceres vestire togatos...

уничтожить Италію, сравнять съ землею  
эти твердыни, растопить въ пламени золо-  
тыя кровли и одѣть въ тулупы носящихъ  
тоги владыкъ.

Vv. 808—811.

Denique Romanus, Dacia, Sarmata, Vandalus,  
Hunnus,  
Gaetulus, Garamans, Alamannus, Saxo, Ga-  
lulaas  
una omnes gradiuntur humo: caelum omnibus  
unum est,  
unus et Oceanus, nostrum qui continet  
orbem.

Наконецъ Римлянинъ, Дагъ, Сарматъ,  
Вандакъ, Гуннъ, Гетуль, Гарамантъ, Ала-  
мантъ, Саксовецъ и Галавль—всѣ ходятъ  
по одной землѣ, небо для всѣхъ одно,  
одинъ и океанъ, который окружаетъ нашъ  
земной кругъ.

EVSEBIVS HIERONYMVS.

ЕВСЕВІЙ ІЕРОНИМЪ.

[Одинъ изъ знаменитѣйшихъ христіанскихъ писателей, род. по свидѣтельству Проспера въ 331 г., но вѣроятнѣе около 348 въ Стридонѣ, пограничномъ городкѣ Далматіи и Панноніи, ум. 20 сентября 420 г. въ Виллелемѣ. Образование получилъ въ Римѣ, гдѣ и крестился, затѣмъ велъ очень беспокойную жизнь и много странствовалъ, пока не уединился въ 389 г. въ основанномъ имъ монастырѣ въ Виллелемѣ, гдѣ и написалъ большинство своихъ сочиненій, которыя по содержанию весьма разнообразны: историческія (въ томъ числѣ переводъ и продолженіе Евсевіевой хроники), труды по переводу св. Писанія, сочиненія экзегетическія, догматико-полемическія, проповѣди, письма и пр. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 387 сл. — Текстъ: Migne, Patrol. lat. vv. 22—30].

EPISTOLAE.

ПИСЬМА.

EPISTOLA LX AD HELIODORVM<sup>1)</sup>.

ПИСЬМО 60. КЪ ИЛИОДУРУ.

4 (M. 22, c. 591) ...Nunc vero passionem Christi et resurrectionem eius cunctarum gentium et voces et litterae sonant... Immortalem animam et post dissolutionem corporis subsistentem... Indus, Persa, Gothus, Aegyptius philosophantur. Bessorum feritas et pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce Crucis fregerunt melos, et totius mundi una vox Christus est.

...Нынѣ и голоса и письмена всѣхъ народовъ провозглашаютъ страсти Христа и воскресеніе Его... О безсмертіи души и продолженіи ея существованія послѣ разложенія тѣла... философствуютъ Индѣецъ, Персъ, Готъ и Египтянинъ. Дикость Бессовъ и множество одѣтыхъ въ звѣриныя шкуры народовъ, которые нѣкогда приносили людей въ жертву останкамъ умершихъ, перемѣнили свой скрежетъ на сладкую гѣсьнъ Креста, и единый голосъ всего міра есть Христосъ.

16 (Ibid. c. 600) ...Horret animus terrorem nostrorum ruinas persequi. Viginti

...Душа ужасается перечислить бѣдствія нашихъ временъ. Уже 20 лѣтъ и

1) Scripta est initio a. 396.

et eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim et Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaïam, Epiros, Dalmatiam cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronae, quot virgines Dei et ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti Presbyteri et diversorum officia Clericorum. Subversae Ecclesiae, ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossae reliquiae.... Immunis ab his malis videbatur Oriens et tantum nuntiis consternatus. Ecce tibi anno praeterito ex ultimis Caucasi rupibus immissi in nos non iam Arabiae, sed Septentrionis lupi tantas brevi provincias percurrerunt<sup>1)</sup>. Quot monasteria capta? quantaе fluviorum aquae humano cruore mutatae sunt? Obsessa Antiochia et urbes reliquae, quas Halys, Cydnus, Orontes Euphratesque praeterfluunt...

богѣ того, какъ Римская кровь ежедневно льется между Константинополемъ и Альпами Юліевскими. Скѣію, Фракію, Македонію, Дарданію, Дакію, Фессалію, Ахаію, Эпіры, Далматію и всѣ Панноніи опустошаютъ, тащатъ, грабятъ Готѣ, Сарматъ, Квадъ, Аланъ, Гунны, Вандалы и Маркоманны. Сколько матронъ, сколько дѣвъ Божіихъ, зватныхъ и благородныхъ тѣлъ послужили игроищемъ этимъ чудовищамъ? Плънены епископы, перебиты пресвитеры и разныхъ чиновъ клирики. Ниспровергнуты церкви, у алтарей Христовыхъ поставлены въ стойла лошади, останки мучениковъ вырты изъ земли... Востокъ казался нетронутымъ этими бѣдствіями и только приведеннымъ въ ужасъ вѣстами о нихъ. Но вотъ тебѣ въ прошломъ году напущенные на насъ изъ самыхъ далекихъ скалъ Кавказа уже не аравійскіе, а сѣверные волеп въ короткое время обрыскали столь обширныя провинціи. Сколько взято монастырей? сколь обильныя воды рѣкъ пзмѣнились отъ человѣческой крови? Осаждена Антиохія и остальные города, которые омываютъ Алія, Бидъя, Оронтъ и Евфратъ...

Epist. LXVI (ad Pammachium) c. 1 commemorantur «de silice excisa praecordia et Nuscanaurum tigrum laete nutrita», т. е. «сердца, вырубленные изъ кремня и вскормленные молокомъ Иранскихъ тигрицъ».

Epist. LXIX (ad Oceanum) c. 9 commemorantur Phasides aves.

EPISTOLA LXXVII. AD OCEANVM.

De morte Fabiolae<sup>2)</sup>.

Cap. 8 (M. col. 695—6) ...Ecce subito discurrentibus nuntiis Oriens totus intremuit ab ultima Maeotide inter glaciale Tanain et Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri

ПИСЬМО 77. КЪ ОКЕАНУ.

О смерти Фабиолы.

...Вотъ весь Востокъ задрожалъ при внезапно разнесшихся вѣстяхъ, что отъ крайнихъ предѣловъ Мэотиды, между ледянымъ Танаидомъ и свирѣлыми народами Массагетовъ, гдѣ Александровы запоры

1) «Hunos intellige, quos, ut suae rebellionis prodesse, Ruffinus in Imperii provincias immisit. Caeterum alludit ad Abacuc 9. ubi de Chaldaeis dictum juxta LXX. *Velociores erant lupis Arabiae*». М.

2) Scripta anno 399.

claustra <sup>1)</sup> cohibent, erupisse Hunnorum examina, quae perniciousis equis huc illucque volitantia caedis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus et bellis civilibus in Italia tenebatur <sup>2)</sup>. Hanc gentem Herodotus refert <sup>3)</sup> sub Dario, rege Medorum, viginti annis Orientem tenuisse captivum et ab Aegyptiis atque Aethiopicis annum exegisse vectigal. Avertat Iesus ab orbe Romano tales ultra bestias. Insuperati ubique aderant et famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatibus, non aetati parcebant, non vagientis miserabantur infantiae. Cogebantur mori, qui nondum vivere coeperant; et nescientes malum suum, inter hostium manus ac tela ridebant. Consonus inter omnes rumor petere eos Ierosolymam...

сдерживаютъ дикія племена скалами Кавказа, вырвались ровъ Гунновъ, которые, летая туда и сюда на быстрыхъ коняхъ, все наполняли рѣзней и ужасомъ. Римское войско тогда отсутствовало и удерживалось въ Италіи гражданскими войнами. Иродотъ сообщаетъ, что это племя при мидійскомъ царѣ Даріи 20 лѣтъ держало въ плѣну Востокъ и *одинъ* годъ взимало дань съ Эгиптянъ и Эѳіоповъ. Да отвратитъ Іисусъ на будущее время такихъ звѣрей отъ Римскаго міра! Они всюду являлись неожиданными и, *своею* быстротою предупреждая слухъ, не щадили ни религій, ни достоинствъ, ни возраста, не жалѣли плачущихъ малютокъ. Должны были умирать *тѣ*, которые еще не начали жить и, не сознавая своей бѣды, смѣялись въ рукахъ враговъ *при видѣ* оружія. Повсюду шелъ согласный слухъ, что они направлялись къ Іерусалиму...

EPISTOLA CVII. AD LAETAM <sup>4)</sup>.

## ПИСЬМО 107. КЪ ЛАТЪ.

2 (M. col. 870) ...Deposuit pharetras Armenius, Hunni discunt Psalterium, Scythiae frigora fervent calore fidei, Getarum rutilus et flavus exercitus Ecclesiarum circumfert tentoria; et ideo forsitan contra nos aequa pugnant acie, quia pari religione confidunt.

...Отложили колчаны Армянинъ, Гунны изучаютъ Псалтырь, холода Скиѳовъ кипятъ жаромъ вѣры, рыжее и бѣлокурое войско Гетовъ возитъ съ собою палатки церквей; и, быть можетъ, *они* потому сражаются съ нами равнымъ строемъ (т. е. съ равнымъ счастьемъ), что исповѣдываютъ одинаковую вѣру.

EPISTOLA CVIII. AD EVSTOCHIVM VIRGINEM <sup>5)</sup>.

## ПИСЬМО 108. КЪ ЕВСТОХІИ ДѢВѢ.

7 (M. col. 882). Delata ad insulam Pontiam, quam clarissimae quondam feminarum sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani Flaviae Domitillae nobilitavit exilium <sup>6)</sup>; vidensque cellulas in

[Павла] прибыла на Понтійскій островъ, который нѣкогда прославилъ ссылаемѣйшей изъ женъ Флавіи Домитиллы, *составленной* при императорѣ Домитіанѣ за исповѣданіе имени Христова; обозрѣвъ

1) «Tauri montis angustiae sunt, quas *Caucasias portas* vocat Plinius lib. 6 et satis accurate describit, alii plerumque auctores *Caspiae* dicunt.» M.

2) Intellegitur bellum civile, quod Arbogastus excitavit.

3) Haec narrat Herodotus l. I c. 106 (v. vol. I, p. 5) sub Scytharum nomine.

4) Scripta est a. 403.

5) Scripta est a. 404. Enarrat auctor vitam S. Paulae viduae.

6) Cf. Bruttium supra, p. 231.

quibus illa longum martyrium duxerat sumptis fidei alis, Ierosolymam et sancta Loca videre cupiebat...

келейки, въ которыхъ та провела долгое мученичество, взявъ крылья вѣры, *Павла* пожелала видѣть Іерусалимъ и св. мѣста...

EPISTOLA CXXII. AD AGERVCHIAM <sup>1)</sup>).

ПИСЬМО 122. КЪ АГЕРУХИИ.

16 (M. col. 1057) ...Praesentium miseriarum pauca percurram. Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti, sed Domini misericordiae est. Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod Oceano et Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni et, o lugenda respublica! hostes Pannonii vastarunt...

...Изъ настоящихъ бѣдствій перечислю немногія. Если мы немногіе доселѣ остаемся въ живыхъ, — это не по нашимъ заслугамъ, а по милости Господа. Безчисленные и свирѣпѣйшіе народы заняли всѣ Галліи. Все *пространство*, лежащее между Альпами и Пирпеемъ, все заключенное *между* Океаномъ и Рейномъ опустошили Квады, Вандалы, Сарматы, Аланы, Гипеды, Герулы, Саксоны, Бургундіоны, Алеманы и — о, достойное слезъ государство! — враги Паннонскіе...

17. Caetera taceo, ne videar de Dei desperare clementia. Olim a mari Pontico usque ad Alpes Iulias non erant nostra, quae nostra sunt. Et per annos triginta, fracto Danubii limite, in mediis Romani imperii regionibus pugnabatur...

Умалчиваю о прочемъ, чтобы не показаться отчаявающимся въ милосердіи Божіемъ. Нѣкогда отъ моря Понтіискаго до Альп Юлійскихъ не было нашимъ *то*, что *теперь* наше. И въ теченіе 30 лѣтъ, по нарушеніи Дунайской границы, шла война въ *самой* среднѣй областей Римской имперіи...

ADVERSUS IOVINIANVM  
LIBRI DVO <sup>2)</sup>).

ПРОТИВЪ ЮВИНИАНА  
ДВѢ КНИГИ.

Lib. II, c. 7 (M. 23, col. 308)... Nomades et Troglodytae et Scythae et Hunnorum nova feritas semicrudis vescuntur carnibus... Sarmatae, Quadi, Vandali et innumerabiles aliae gentes equorum et vulpium carnibus delectantur... Messagetae et Derbices miserrimos putant, qui aegrotatione moriantur, et parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectam venerint, iugulatos devorant, rectius esse docentes, ut a se potius, quam a vermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis. Hircani volucris et canibus semivivos prociunt: Caspii hisdem bestiis mortuos. Scythae eos, qui a defunctis amati sunt, vivos infodiunt cum ossibus mortuorum... <sup>3)</sup>).

...Номады, Троглодиты, Скиены и новая дикость Гунновъ питаются полусырымъ мясомъ... Сарматы, Квады, Вандалы и безчисленные другія племена съ удовольствіемъ ѣдят конину и лисье мясо... Мессагеты и Дервики считаютъ самыми несчастными тѣхъ, которые умираютъ отъ хворости, и *своихъ* родителей, родственниковъ и близкихъ, когда они состарѣются, рѣжутъ и поѣдаютъ, объясняя, что лучше *будетъ*, чтобы *старик* былъ съѣденъ ими, тѣмъ червями. Тиварны вѣшаютъ на вислицѣхъ любимыхъ стариковъ. Ирканы выбрасываютъ *изъ* полуживыхъ *лишнихъ* птицамъ и собакамъ, а Каспій — тѣмъ же звѣрямъ *бросаютъ* мертвыхъ. Скиены тѣхъ, которые были любимы умершими, зарываютъ живьемъ съ костями покойниковъ...

1) Scripta a. 409. 2) Scripti sunt circa a. 393. 3) Haec omnia Hieronymus e Porphyrii libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων (IV, 21) mutuatus est (v. vol. I p. 657).

Ibid. c. 37 (M. col. 352) commemorantur «Amazones exerta mamma et nudo brachio et genu venientes contra se viros ad pugnam libidinum provocantes» (Амазонки съ выставленною на показъ грудью и голыми руками и когѣнами, вызывающія на состязаніе сладострастія идущихъ противъ нихъ мужчинъ).

LIBER HEBRAICARVM QVAESTIONVM  
IN GENESIM.

Cap. X, vers. 2 (M. col. 999)... Iapheth filio Noe <sup>1)</sup> nati sunt septem filii, qui possederunt terram in Asia ab Amano et Tauro, Syriae Coeles et Ciliciae montibus, usque ad fluvium Tanaim, in Europa vero usque ad Gadir, nomina locis et gentibus relinquentes, e quibus postea immutata sunt plurima, caetera permanent ut fuerunt. Sunt autem Gomer, Galatae, Magog, Scythae... Thiras, Thraces, quorum non satis immutatatum vocabulum est. Scio quemdam <sup>2)</sup> Gog et Magog tam de praesenti loco, quam de Ezechiel ad Gotthorum nuper in terra nostra bacchantium historiam retulisse, quod utrum verum sit, praelii ipsius fine monstratur. Et certe Gotthos omnes retro eruditi magis Getas, quam Gog et Magog appellare consueverunt. Haec itaque septem gentes, quas de Iapheth venire stirpe memoravi, aquilonis partem inhabitant.

КНИГА ЕВРЕЙСКИХЪ ВОПРОСОВЪ  
НА «БЫТІЕ».

...У Іафета, сына Ноева, родились семь сыновей, которые заняли землю въ Азій отъ Амана и Тавра, горъ Келесирин и Киликии, до рѣки Танаида, а въ Европѣ до самыхъ Гадиръ, оставляя мѣстностямъ и народамъ имена, изъ которыхъ впоследствии огромное большинство измѣнилось, а остальные остаются, какъ были. Гомеръ суть Галаты, Магогъ—Скиены... Ойрасъ—Оракійцы, названіе которыхъ не очень сильно измѣнилось. Я знаю, что одинъ писатель отнесъ имена Гогъ и Магогъ какъ въ настоящемъ мѣстѣ, такъ и у Езекииля, къ исторіи Готеевъ, недавно бушевавшихъ въ нашей странѣ, по вѣрно ли это—доказывается концомъ самой борьбы. И дѣйствительно, всѣ прежніе ученые обыкновенно называютъ Готеевъ скорѣе Гетамы, чѣмъ Гогомъ и Магогомъ. Итакъ эти семь племенъ, которыя, какъ я упомянулъ, происходятъ отъ корня Іафетова, живутъ въ сѣверной части свѣта.

LIBER DE SITV ET NOMINIBVS  
LOCORVM HEBRAICORVM.  
DE GENESI.

(M. 23, col. 905). Ararat, Armenia. Si quidem in montibus Ararat arca post diluuium sedisse perhibetur: et dicuntur ibidem usque hodie eius permanere vestigia...

КНИГА О ПОЛОЖЕНІИ И НАЗВАНІЯХЪ  
ЕВРЕЙСКИХЪ МѢСТНОСТЕЙ.  
О КНИГѢ БЫТІЯ.

Араратъ—Арменія. Утверждаютъ, что на горахъ Араратскихъ остановился ковчегъ послѣ потопа; и говорятъ, что остатки его существуютъ тамъ до сего дня...

1) «Haec paene ad verbum ex Iosepho latine vertit Hieronymus» (Ant. Iud. I, 6; v. vol. I, p. 482).

2) «Sanctum Ambrosium intelligit, qui lib. II de Fide, cap. 16, ad Gotthorum historiam refert quae de Gog dicta leguntur Ezechielis cap. XXXVIII et XXXIX». M. Cf. quae idem S. Hieronymus alio loco (Comm. in Ezech. prof. l. XI in., M. v. XXV col. 341) dicit: «In prophetia difficillima illud breviter admoneo, quod vir nostrae aetatis haud ignobilis, ad imperatorem scribens, super hac natione dixerit: Gog iste Gothus est» etc.

COMMENTARIORVM  
IN ISAIAM PROPHETAM  
LIBRI DVODEVIGINTI.

ТОЛКОВАНІЙ  
НА ПРОРОКА ИСАІЮ  
18 КНИГЪ.

Lib. X, c. 30 (M. 23, col. 365)... Iudaei Gog et Magog gentes putant ab Aquilone venturas, id est de Scythiae partibus...

...Иудей думаютъ, что племена Гогъ и Магогъ придутъ отъ Аквилона, т. е. изъ областей Скиѣи...

Lib. XI, c. 37 (M. 24, col. 403)... Ararat regio in Armenia campestris est, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis, qui usque illuc extenditur. Ergo et Arca, in qua liberatus est Noe cum liberis suis, cessante diluivio, non ad montes generaliter Armeniae delata est, quae appellatur Ararat, sed ad montes Tauri altissimos, qui Ararat imminent campis.

...Араратъ есть равнина въ Арменіи, по которой течетъ Араксъ, необыкновенно плодородная, у подошвъ горы Тавра, который тянется до тѣхъ мѣстъ. Слѣдовательно и ковчегъ, въ которомъ спасся Ной со своими дѣтьми, при прекращеніи потопа отнесенъ не вообще къ горамъ Арменіи, которая называется Араратомъ, но къ высочайшимъ горамъ Тавра, которыя возвышаются надъ полями Араратскими.

Lib. XV, c. 54 (M. col. 544)... Iaspidium multa sunt genera<sup>1)</sup>... Alium vero juxta Iberos Hyrcanosque et mare Caspium reperiri et praecipue juxta lacum Neusin [referunt]...

...Есть много видовъ ясписа... Одинъ видъ, какъ говорятъ, встрѣчается у Иверовъ, Ирманцевъ и Каспійскаго моря и особенно у озера Невсійскаго...

S. Hieronymi interpretationem Eusebii Pamphili Chronicon v. vol. I, p. 670 sq.

[HIERONYMI PRESBYTERI]  
DIMENSURATIO PROVINCIARVM.

[ІЕРОНИМА ПРЕСВИТЕРА]  
ИЗМѢРЕНІЕ ПРОВИНЦІЙ.

[Объ этомъ маленькомъ сочиненіи, приписанномъ Іерониму въ Палатинской рукописи, ср. Riese, Geogr. Lat. minor. prolegomena, p. XVII—XIX. По мнѣнію Ризе, оно должно быть древнѣе IV в. по Р. Хр. — Текстъ: Geographi Lat. min. coll. A. Riese, p. 9—14].

6. Armenia, mare Caspium, et quae circa gentes sunt [ab oceano], finitur ab oriente oceano Indico, ab occidente iugis montis Caucasi....<sup>2)</sup> a meridie monte Tauro. Cuius spatia patent, qua cognitum est, milia passuum CCCCLXXX, in latitudine milia passuum † CCCCLXXX<sup>3)</sup>.

Арменія, Каспійское море и окружающія племена [отъ океана] ограничиваются съ востока Индійскимъ океаномъ, съ запада — хребтами горы Кавказа.... съ юга горою Тавромъ. Размѣры ея, по сколькоу извѣстно, простираются на 480 тысячъ шаговъ и въ ширину на 480 тыс. шаговъ.

1) S. Epiphanium paene ad verbum transfert auctor (v. vol. I, p. 711). indicavi: a septentrione oceano Scythico addas ex Agrippae fg. 30». Riese. CCCCLXXX scribendum CCXC, coll. Agrippae fg. 30 (et Divis. 18)». R.

2) «lacum»  
3) pro altero

8. Dacia Getica finiuntur ab oriente desertis Sarmatiae, ab occidente flumine Vistula, a septentrione Oceano, a meridie flumine Histro. Quae patent in longitudine milia passuum CCLXXX, in latitudine, qua cognitum sit, milia passuum CCCLXXXVI.

9. Sarmatia et Scythia Taurica finiuntur ab oriente iugis montis Tauri, ab occidente flumine Borysthene, a septentrione Oceano, a meridie provincia Pontica. Quae expanduntur in longitudine milia passuum DCCCCLXXX, in latitudine, [qua cognitum est, milia passuum <sup>1)</sup> CCCLXXXVI]...

Дакія и Гетика ограничиваются съ востока пустынями Сарматин, съ запада рѣкою Вистулою, съ сѣвера Океаномъ, съ юга рѣкою Истромъ. Онѣ простираются въ длину на 280 тысячъ шаговъ, а въ ширину, на сколько извѣстно, — на 386 тысячъ шаговъ.

Сарматія и Таврическая Скіеія ограничиваются съ востока хребтами горы Тавра, съ запада рѣкою Борисееномъ, съ сѣвера Океаномъ, съ юга Понтійскою провинціею. Онѣ простираются въ длину на 980 тысячъ шаговъ, въ ширину [насколько извѣстно, на 386 тысячъ шаговъ]...

19. Germania, Raetia, ager Noricus ab oriente flumine Vistula et silva Hercynia...

Германія, Рэтія, область Норика ограничиваются съ востока рѣкою Вистулою и Герцинскимъ лѣсомъ...

## PONTIVS MEROPIVS PAVLINVS.

## ПОНТІЙ МЕРОПІЙ ПАВЛИНЪ.

[Родился, вѣроятно, въ 353 г. въ Бурдигалѣ (Бордо) и получилъ тамъ тщательное образование. Въ числѣ его учителей былъ Авзоній, съ которымъ онъ былъ связанъ тѣсною дружбой. Сначала Павлинъ посвятилъ себя государственной дѣятельности, въ которой достигъ высокихъ степеней, но затѣмъ, принявъ крещеніе, рѣшилъ удалиться отъ міра и вести уединенную жизнь. Съ этой цѣлью онъ уѣхалъ въ Испанію, гдѣ и прожилъ до 394 г. Авзоній въ своихъ письмахъ тщетно старался убѣдить его возвратиться къ общественной дѣятельности. Знаменитая переписка между Авзоніемъ и Павлиномъ имѣетъ высокій интересъ для изученія эпохи. Въ 394 г. Павлинъ переселился въ г. Нолу, гдѣ лежали останки св. Феликса, котораго онъ давно уже избралъ своимъ покровителемъ. Здѣсь въ 409 г. онъ былъ избранъ епископомъ и скончался въ глубокой старости 22 июня 431 г. Отъ г. Нолы обыкновенно называется Paulinus Nolanus въ отличіе отъ другихъ соименныхъ писателей. Отъ него сохранились, кромѣ писемъ, многочисленныя поэтическія произведенія. — Текстъ: *Corpus script. eccles. Lat. vv. XXIX—XXX. S. Pontii Meropii Paulini Nolani opera ex rec. G. de Hartel. Vindob. 1894.*]

### CARMEN XVII.

### СТИХОТВОРЕНІЕ 17.

201 quaque Riphæis Boreas in oris  
adligat densis fluvios pruinis,  
hic gelu mentes rigidas superno  
igne resolvit <sup>2)</sup>).

И на Рифейскихъ берегахъ, гдѣ Борей сковываетъ рѣки густыми инеями, ты смягчаешь вышнимъ огнемъ оледѣвляя отъ мороза сердца.

1) «latitudo perperam ex § 8 repetitur». R.

2) Nicetam episcopum adloquitur poeta.

245 te patrem dicit plaga tota Borrae,  
ad tuos fatus Seytha mitigatur  
et sui discors fera te magistro  
pectora ponit.  
et Getae currunt et uterque Dacus,  
250 qui colit terrae medio vel ille  
divitis multo bove pilleatus  
accola ripae.

Тебя зоветъ отцомъ вся сѣверная страна, твоими словами укрощается Скиѣ и помимо своей воли смиряетъ жестокое сердце подь *вліяніемъ* твоего ученія. *Къ тебѣ* прибѣгаютъ и Геты и оба Дакіица, какъ *тотъ*, который занимается земледѣліемъ внутри страны, такъ и покрытый шляпою житель побережья, богатаго многочисленными *стадами* быковъ.

Carm. XXVI vv. 22—23 commemorantur *Getica arma et immites Alani*.

## AVRELIVS AVGVSTINVS.

## АВРЕЛІЙ АВГУСТИНЪ.

[Одинъ изъ знаменитѣйшихъ отцовъ церкви, род. 13 ноября 354 г. въ Тагастѣ въ Нумидіи. Получивъ тщательное образованіе въ Тагастѣ, Мадаврѣ и Карсагенѣ, онъ былъ нѣкоторое время учителемъ въ родномъ городѣ и въ Карсагенѣ. По релігиознымъ возрѣніямъ въ молодости примыкалъ къ манихейству (въ качествѣ *катхуболувос*), но потомъ перешелъ въ лоно католической церкви и въ 387 г. былъ крещенъ въ Медиоланѣ св. Амвросіемъ. Съ 391 г. былъ пресвитеромъ, а съ 396 епископомъ въ африканскомъ городѣ Hippo regіа. Умеръ 28 августа 430 г. Изъ многочисленныхъ его сочиненій наиболѣе знамениты *Confessiones* въ 13 кн., написанныя около 400 г., и соч. *De civitate Dei* въ 22 кн., оконченное въ 428 г. См. о немъ O. Vagdenhever, *Patrologie* (Freib. 1894), стр. 444 сл.].

## QVAESTIONVM IN НЕРТАТЕVCHVМ

## ИЗСЛѢДОВАНІЙ КЪ СЕМИКНИЖІЮ

## LIBRI VII.

## 7 КНИГЪ.

[Написаны около 419 г. Текстъ: *Corpus script. eccles. Latinorum*, vol. XXVII ex recens. Iosephi Zycha. Vindob. 1895].

## LIBER VII. QVAESTIO DE IVDICIIVS.

## КНИГА 7-Я. ИЗСЛѢДОВАНИЕ О СУДІЯХЪ.

VIII. Et non hereditavit Manasses Bethsan, quae est Scytharum civitas. ipsa hodie perhibetur Scythopolis dici. potest autem movere, quomodo in illis partibus multum ab Scythia diversis potuerit esse Scytharum civitas. sed similiter potest esse, quomodo tam longe a Macedonia Macedo Alexander condiderit Alexandriam civitatem. quod utique fecit longe lateque bellando. ita etiam, cum Scythae aliquando bellando in longinqua progredierentur, istam condere potuerunt. nam legitur in historia gentium universam paene Asiam Scythas

И не наследовалъ Манассія Внессана, который есть городъ Скиеовъ. Нынѣ онъ называется Скиеополемъ. Можно удивляться, какимъ образомъ въ тѣхъ странахъ, далеко отстоящихъ отъ Скиеи, могъ быть городъ Скиеовъ. Но подобно *этому* можно удивляться, какимъ образомъ Александръ Македонскій основалъ городъ Александрію такъ далеко отъ Македоніи. Конечно, онъ сдѣлалъ это благодаря своимъ далекимъ походамъ. Точно такъ же и Скиеи могли основать этотъ городъ, нѣкогда пройдя войною далеко впередъ. *Ибо*



aliquando tenuisse, cum regi Aegyptiorum illi qui eis ultro bellum indixerat irent obviam, quorum adventu territus se in suum regnum recepit.

въ исторіи народовъ читается, что Скномъ нѣкогда овладѣли почти всею Азією, когда пошли навстрѣчу тому Египетскому царю, который безъ всякаго съ ихъ стороны повода объявилъ имъ войну, при чемъ онъ, испуганный ихъ приближеніемъ, вернулся въ свое царство.

## DE CIVITATE DEI.

## О ГРАДѢ БОЖІЕМЪ.

[Текстъ: Corp. scr. eccles. Lat. vol. XXXX, p. II, ex recens. Em. Hoffmann. Vindob. 1900].

## LIB. XVIII, CAP. LII.

## КНИГА 18, ГЛ. 52.

...Postremo nostra memoria Valens, supradicti Valentiniани frater, Arianus, nonne magna persecutione per Orientis partes catholicam vastavit ecclesiam?...<sup>1)</sup> Nisi forte non est persecutio computanda, quando rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt, sicut a quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant et se ista vidisse incunctanter recordabantur, audivimus?...<sup>2)</sup>

...Наконецъ на нашей памяти аріанинъ Валентъ, братъ вышеупомянутаго Валентиніана, развѣ не опустошилъ каеолнческую церковь большимъ гоненіемъ въ странахъ Востока?... Развѣ только не признавать гоненіемъ, когда царь готейскій въ самой Готеи преслѣдовалъ христіанъ съ удивительною жестокостію, при чемъ тамъ были только каеолники, изъ коихъ очень многіе увѣнчались мученичествомъ, какъ мы это слышали отъ нѣкоторыхъ братьевъ, которые тогда были тамъ мальчиками и живо вспоминали, что они сами это видѣли.

APPENDIX OPERVM  
S. AVGVSTINI,

complectens libros, ipsi falso adscriptos.

ПРИЛОЖЕНІЕ КЪ ТРУДАМЪ  
СВ. АВГУСТИНА,

заключающее въ себѣ сочиненія, ложно ему приписанныя.

QVAESTIONES VETERIS ET NOVI  
TESTAMENTI.ИЗЫСКАНІЯ КЪ ВѢТХОМУ И НОВОМУ  
ЗАВѢТУ.

[Текстъ: Migne, Patrol. latina, vol. 35].

Cap. CXV... (M. col. 2357). Traduntur enim mulieres Scytharum, quae Amazones dictae sunt, cum viri earum occupati bello

...Существуетъ преданіе, что Скиѣскія женщины, названныя Амазонками, во время долгаго отсутствія мужей, занятыхъ отда-

1) Cf. Socr. *Hist. eccl.* IV, 2; Oros. VII, 33.

2) «Athanasici regis Gothorum notat persecutionem anno Domini 370 in Christianos motam, de qua Hieronymus in Chronico et Orosius lib. 7 cap. 32. De eadem loquitur Epiphanius, Haer. 70». Coquaenus.

longinquo diu abessent, propter sobolem se miscuisse servis et omnem marem natum necavisse relictis feminis, ita ut nulla lanificio operam daret, sed ab ineunte aetate palaestra et armis imbueretur. Harum tanta virtus in rebus gerendis fuit, ut per multam seriem annorum regnantes nonnullas gentes subigerent Asiamque omnem sub tributa ponerent...

ленною войною, ради *произведенія* потомства соединялись съ рабами и *затѣмъ* убивали всякаго ребенка мужскаго пола, оставляя *только* дѣвочекъ, такъ что ни одна *изъ нихъ* не занималась обработкою шерсти, но съ ранняго возраста обучались гимнастикѣ и *владѣнію* оружіемъ. Доблесть ихъ въ веденіи дѣлъ была такъ велика, что, царствуя въ теченіе длиннаго ряда лѣтъ, онѣ покорили *своей власти* нѣкоторые народы и обложили данью всю Азію...

## TRACTATUS

DE DUODECIM LAPIDIBVS, DE QVIBVS  
АРОС. САР. XXI, 19, 20.

## ТРАКТАТЪ

О 12 КАМНЯХЪ, О КОТОРЫХЪ ГОВОРИТСЯ ВЪ АПОКАЛ. ГЛ. XXI, 19, 20.

[Текстъ: Migne, Patrol. lat. v. 40. — «Sitne Amati episcopi et Casinensis monachi, cuius inter opera Petrus diaconus recenset tractatum de duodecim lapidibus, nobis non liquet. Certe cum expositione Bedae in eundem Apocalypsis locum maxime consentit». Migne, col. 1229].

...Smaragdus adeo est viridis, ut aerem etiam circumfusum viridem reddat. Cujus multa sunt genera. Sed pretiosissimi in deserto Scythiae reperiuntur, quos gryphes, ex parte leones et ex parte aquilae, custodientes hominibus auferunt, cum quibus Arimaspi homines unum oculum habentes bella gerunt ipsosque eis auferunt...

...Смарагдъ такъ зеленъ, что дѣлаетъ зеленымъ даже окружающій его воздухъ. Есть много видовъ его. Но самыя драгоценныя встрѣчаются въ пустынѣ Скѣеи. Грифы, частью львы и частью орлы, стерегутъ ихъ и уносятъ у людей; съ ними воюють одноглазые люди Аримаспы и уносятъ у нихъ эти *камни*...

## SVLPICIVS SEVERVS.

## СУЛЬПИЦІЙ СЕВЕРЪ.

[Род. въ Аквитаніи около 365 г. Происходя изъ знатнаго рода и получивъ блестящее образованіе, онъ посвятилъ себя юридической дѣятельности, но вскорѣ, лишившись жены, удалился отъ міра (вѣроятно, подъ вліяніемъ своего старшаго по возрасту друга Павла Польскаго) и занялся литературною дѣятельностью на пользу церкви. Умеръ вѣроятно, въ 80-хъ годахъ V в. Главнѣйшій литературный трудъ его — очеркъ исторіи отъ сотворенія міра до времени автора (Chronicon libri duo), оконченный въ 403 г. Кромѣ того сохранились сочиненія, посвященныя прославленію св. Мартина (Vita S. Martini, 3 письма и 2 діалога).—Текстъ: Corpus script. eccles. Latinorum, v. I. Sulpicii Severi libri qui supersunt. Rec. Car. Halim. Vindob. 1866].

## CHRONICA.

## ЛѢТОПИСИ.

Lib. II c. 9, 4. Post Darium Medum, quem duodeviginti annos regnasse significavimus, Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est. Scythis bellum inferens in proelio cecidit secundo anno postquam Tarquinius Superbus Romae regnare coeperat.

Послѣ Дарія Мидяннина, который, какъ мы отмѣтили, царствовалъ 18 лѣтъ, властвовалъ Киръ 31 годъ. Пойдя войною на Скѣевъ, онъ палъ въ битвѣ во 2-мъ году послѣ того, какъ Тарквиній Гордый началъ царствовать въ Римѣ.

Lib. II c. 26, 5. Hic [sc. Alexander Aristobuli f.] cum Aristobulum et Hircanum parvos filios reliquisset, Salina sive Alexandra uxor eius regnum per novem annos tenuit, post huius obitum foeda inter fratres de regno certamina, ac primum Hircanus imperium obtinebat: mox ab Aristobulo fratre pulsus confugit ad Pompeium, qui tum Mithridatico bello confecto pacataque Armenia et Ponto victor omnium gentium, quas adierat, introrsum pergere et vicina quaeque Romano imperio adiungere cupiens, causas belli et materiam vincendi quaerebat...

Такъ какъ Александръ, сынъ Аристоула, оставилъ сыновей своихъ Аристоула и Иркана малолѣтками, то жена его Салина или Александра 9 лѣтъ правила царствомъ. Послѣ ея смерти между братьями произошла гнусная борьба изъ-за царства. Сначала владѣлъ имъ Ирианъ; потомъ, будучи изгнанъ братомъ Аристоуломъ, онъ прибѣгнулъ къ Помпею, который тогда, окончивъ Митридатовскую войну, усмиривъ Арменію и Понтъ и будучи побѣдителемъ всѣхъ народовъ, до которыхъ онъ доходилъ, желалъ двигаться дальше внутрь страны и присоединить къ Римской державѣ всѣ сосѣднія области и потому искалъ поводовъ къ войнѣ и матеріала для побѣдъ...

## CLAVDIVS CLAVDIANVS.

## КЛАВДІЙ КЛАВДІАНЪ.

[Послѣдній видный представитель латинской поэзіи, род. около 375 г. по всей вѣроятности въ Александріи, въ 394 г. переѣхалъ въ Римъ, затѣмъ служилъ при дворѣ Стихихона, умеръ скоропослѣ 404 г. Отъ него сохранились многочисленныя поэтическія произведенія, въ значительной части панегирическаго характера, а также полемическія и др.—Текстъ: Monumenta Germaniae historica. Auct. antiquiss. v. X: Claudii Claudiani carmina rec. Th. Birt. Berol. 1892].

## PANEGYRICVS DICTVS

## ПАНЕГИРИКЪ, СКАЗАННЫЙ

PROBINO ET OLYBRIO CONSVLIBVS 1).

КОНСУЛАМЪ ПРОВИНУ И ОЛИБРІЮ.

V. 36 commemoratur *Maeotica sub gelido Iove* posita.—V. 119 comm. *Geloni*.—V. 132 comm. *Sarmatici Cori* (sc. venti).—V. 160 comm. *Scythicus Araxes*.

## IN RVFINVM

## НА РУФИНА

LIBER I 2).

КНИГА 1-Я.

Vv. 149—153.

[Fingitur Megaera Rufino dicens]:

[Представляется Мегера, говорящая Руфину]:

..... Nec me latuere fluentes  
Arboribus suci funestarumque potestas  
Herbarum, quidquid letali germine pollens  
Caucasus et Scythicae vernant in gramina  
rupes,  
Quas legit Medea ferox et callida Circe.

... Отъ меня не скрылись истекающіе изъ деревьевъ соки и сила губительныхъ травъ, которыя доставляютъ для зелій изобилующій смертоносными растеніями Кавказъ и Скиѣскія скалы, травы, которыя собираютъ свѣрѣлая Медea и коварная Кирка.

1) A. 395.

2) Libri in Rufinum scripti sunt a. 395—396.

Vv. 308—331.

Iam Getas Histrumque movet<sup>1)</sup> Scythiamque  
receptat

Auxilio traditque suas hostilibus armis  
Reliquias. Mixtis descendit Sarmata Dacis  
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax  
Massagetes caesamque bibens Maetoin Alanus  
Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,  
Rufino collecta manus. Vetat ille domari  
Innutritque moras et congrua tempora differt.

Nam tua cum Geticas stravisset dextra  
catervas,

Ultra ducis socii letum, parsque una maneret  
Debilior facilisque capi, tunc impius ille  
Proditor imperii coniuratusque Getarum  
Distulit instantes eluso principe pugnas  
Hunorum laturus opem, quos affore bello  
Norat et invisus mox se coniungere castris.

Est genus extremos Scythiae vergentis  
in ortus

Trans gelidum Tanain, quo non animosius  
ullum

Arctos alit. Turpes habitus obscoenaque visu  
Corpora; mens duro nunquam cessura labori.  
Praeda cibus, vitanda Ceres frontemque se-  
cari

Ludus et occisos pulchrum iurare parentes.  
Nec plus nubigenas duplex natura bifformes  
Cognatis aptavit equis: acerrima nullo  
Ordine mobilitas insperatique recursus.

Уже *Рубинъ* приводитъ въ движеніе Гетовъ и Истръ, получаетъ помощь изъ Скиѣи и передаетъ свои остатки вражескому оружію. Спускается Сармать, смѣшавшись съ Даками, и смѣшанный Массагетъ, который для питья ранитъ *коней* съ роговыми копытами, и Аланъ, пьющій изрубленную Маотиду<sup>2)</sup>, и Гелонъ, съ удовольствіемъ татуирующій свое тѣло жегъзомъ, — рать, собранная для Руфина. Онъ запрещаетъ *имъ* подчиняться, выдумываетъ проволочки и откладываетъ удобное время *для битвы*.

Именно, когда твоя десница разбила Гетскія полчища, мстя за смерть союзнаго вождя, и оставалась одна часть, болѣе слабая и легкая для пораженія, — тогда этотъ безбожный предатель государства, вступившій въ заговоръ съ Гетами, обманулъ государя и отсрочилъ грозившаго ему битвы, призвавъ на помощь Гунновъ, которые, какъ онъ зналъ, вскорѣ придутъ на войну и присоединятся къ неприятельскому лагерю.

Этотъ народъ живетъ на крайнемъ востокѣ Скиѣи за ледянымъ Танаидомъ. Съверъ не питаетъ ни одного *племени*, болѣе свирѣлаго. У нихъ безобразная вѣшность и постыдныя на видъ тѣла, но они никогда не отступаютъ предъ тяжелымъ трудомъ. Пищею *имъ служитъ охотничья* добыча, они избѣгаютъ *даровъ* Цереры, *изъ* забава разрѣзывать лицо, *у нихъ считается* прекраснымъ вѣстаться убитыми родителями. Двойная природа не болѣе *ихъ* сочетала двуобразныхъ тучерожденныхъ<sup>3)</sup> съ родными конями. Они отличаются необыкновенною подвижностью, но безъ всякаго порядка, и неожиданными обратными набѣгами...

V. 376 commemorantur asper Phasis et Araxes, qui sub Honorio pontem pati  
cogetur.

1) Scil. Rufinus.

2) Т. е. воду, добываемую изъ льда, вырубленного въ замерзшей Маотидѣ.

3) Т. е. кентавровъ.

## IN RVFINVM

LIBER II.

Vv. 22—30 et 46—40.

Haec fatus <sup>1)</sup> ventis veluti si frena resolvat  
 Aeolus, abrupto gentes sic obice fudit  
 Laxavitque viam bellis et, ne qua maneret  
 Immunis regio, cladem divisit in orbem  
 Disposuitque nefas. Alii per terga ferocis  
 Danuvii solidata ruunt expertaque remos  
 Frangunt stagna rotis; alii per Caspia clau-  
 stra  
 Armeniasque nives inopino tramite ducti  
 Invadunt Orientis opes...

Hinc planctus Asiae; Geticis Europa catervis  
 Ludibrio praedaeque datur frondentis ad  
 usque  
 Dalmatiae fines: omnis quae mobile Ponti  
 Aequor et Adriacas tellus interiacet undas  
 Squalet inops pecudum, nullis habitata co-  
 lonis...

V. 270 commemorantur *turpes Huni* et v. 271 *impacati Alani*.

## PANEGYRICVS

DE TERTIO CONSVLATV  
 HONORII AVGVSTI <sup>2)</sup>.

Vv. 18—28.

Te nascente ferox toto Germania Rheno  
 Intremuit, movitque suas formidine silvas  
 Caucasus et positis numen confessa pharetris  
 Ignavas Meroë traxit de crine sagittas.  
 Reptasti per scuta puer, regumque recentes  
 Exuviae tibi ludus erant, primusque solebas  
 Aspera complecti torvum post proelia pa-  
 trem,  
 Signa triumphato quotiens flexisset ab Histro  
 Arctoa de strage calens, et poscere partem  
 De spoliis, Scythicos arcus aut rapta Gelonis  
 Cingula vel iaculum Daci vel frena Suebi...

## НА РУФИНА

КНИГА 2-Я.

Съ этими словами *Руфинъ*, подобно  
 тому какъ Долъ отпускаетъ возжи вѣтрамъ,  
 распустилъ племена, сломавъ запоръ, от-  
 крылъ дорогу войнамъ и, чтобы ни одна  
 страна не осталась нетронутою ими, раз-  
 дѣлилъ бѣдствія по землѣ и распредѣлилъ  
 злодѣйство. Одни устремляются по окрѣн-  
 шему отъ мороза хребту свирѣпаго Дану-  
 бия и рѣжутъ колесами стоячія воды, ис-  
 пытавшія весла. Другіе, проведенные по  
 нежданному пути черезъ Каспійскія ворота  
 и Арменскіе сѣва, нападаютъ на сокро-  
 вища Востока...

Отсюда плачъ Азии. Европа до предѣ-  
 ловъ зеленѣющей Далматин отдается на  
 игралище и на добычу Гетскимъ полчи-  
 щамъ: вся земля, которая лежитъ между  
 зыбучею поверхностью Понта и Адриати-  
 ческими волнами, принимаетъ одичалый  
 видъ, лишенная стадъ и не обитаемая ни-  
 какими земледѣльцами...

## ПАНЕГИРИКЪ

НА ТРЕТЬЕ КОНСУЛЬСТВО  
 ГОНОРІЯ АВГУСТА.

При твоёмъ рожденіи задрожала сви-  
 рѣная Германія по всему Рейну, Кавказъ  
 двинулъ отъ страха свои гѣса, и признав-  
 шая божество Мероя, положивъ козланы,  
 сняла съ тетивы гнѣвныя стрѣлы. Ты  
 мальчикомъ ползалъ по щитамъ, тебѣ слу-  
 жили игрушкою доспѣхи, недавно снятые  
 съ убитыхъ царей, ты первый обыкновенно  
 обнималъ послѣ жестокихъ битвъ сурового  
 отца, когда онъ возвращалъ знамена съ  
 побѣжденнаго Истра, *сине* разгоряченный  
 сѣвернымъ побойцемъ; ты требовалъ часть  
 добычи, — или скинскіе луки, или снятые  
 съ Гелоновъ пояса, или дротики Дака, или  
 узду Свева...

1) Scil. Rufinus.

2) A. 396.

Vv. 145—150.

[Theodosius Stilichoni dicit]:

...quid enim per proelia gessi  
Te sine? quem merui te non sudante trium-  
phum?

Odrysium pariter Getico foedavimus Hebrum  
Sanguine, Sarmaticas pariter prostravimus  
alas,

Riphaeaeque simul fessos porreximus artus  
In glacie stantemque rota sulcavimus His-  
trum...

[Θεοδοσίῳ γοῶντι Στυλίκῳ]: Что я  
совершилъ безъ тебя въ битвахъ? Какой  
триумфъ заслужилъ безъ твоего пота? Мы  
одинаково оросили Гетскою кровью Одрис-  
скій Гебръ, одинаково разбили Сарматскіе  
конныя отряды, вмѣстѣ протягивали *наши*  
утомленные члены на Рифейскомъ льду и  
бороздили колесами стоящій Истръ...

V. 72 comm. *Armenii Phasin* accolentes. — V. 205 comm. *extremus Tanais*  
*pigrigue Triones.*

PANEGYRICVS  
DE QVARTO CONSVLATV  
HONORII AVGVSTI 1).

ПАНЕГИРИКЪ  
НА ЧЕТВЕРТОЕ КОНСУЛЬСТВО  
ГОНОРІЯ АВГУСТА.

Vv. 41—58.

Sed laudes genitor longe transgressus avitas  
Subdidit Oceanum sceptris et margine coeli  
Clausit opes, quantum distant a Tigride Gades,  
Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt:  
Haec tamen, innumeris per se quaesita tro-  
phaeis,

Non generis dono, non ambitione potitus.  
Digna legi virtus. Ultro se purpura supplex  
Obtulit et solus meruit regnare rogatus.  
Nam cum barbaries penitus commota ge-  
mentem

Irrueret Rhodopen et misto turbine gentes  
Iam deserta suas in nos transfunderet Arctos,  
Danuvii totae vomerent cum proelia ripae,  
Cum Geticis ingens premeretur Mysia plau-  
stris

Flavaeque Bistonios operirent agmina campos:  
Omnibus afflictis et vel labentibus ictu  
Vel prope casuris, unus tot funera contra  
Restitit extinxitque faces agrisque colonos  
Reddidit et leti rapuit de faucibus urbes.

...Но отецъ *твой*, оставивъ далеко за  
собою дѣдовскую славу, подчинилъ Океанъ  
*нашему* скипетру и ограничилъ власть  
предѣлами неба: насколько отстоятъ Гады  
отъ Тигра и сколько *пространства* оста-  
вляютъ между собою Танаидъ и Нилъ.  
Однако *все* это приобрѣтено само собою  
неисчислимыми побѣдами: онъ овладѣлъ  
*этимъ* не по дару рода и не низкопоклон-  
ствомъ. Его доблесть достойна чтенія.  
Умоляющая порфира сама себя предло-  
жила *ему*, и онъ одинъ удостоился цар-  
ствовать по просьбѣ. Ибо когда глубоко  
смятенные варвары стали нападать на  
стоящую Родопу, когда въ вихрѣ *мя-  
тежа* покинутаго Сѣверя изливалъ уже  
на насъ свои племена, когда всѣ берега  
Данувія изрыгали битвы, когда огромная  
Мизія подавлялась Гетскими повозками и  
свѣтловолосые отряды покрывали Бистон-  
скія равнины, когда все было удручено и  
либо падало подъ ударами, либо готово  
было пасть, — онъ одинъ выступилъ про-  
тивъ столькихъ бѣдъ, погасилъ факелы  
*войны*, возвратилъ нивамъ земледѣльцевъ  
и вырвалъ города изъ пасти смерти...

1) A. 398.

V. 108 commemorantur *rupes Caesariae*, v. 180 *palus Maeotia*, v. 387 *impacatus Araxes*, v. 450 *Bastarnae truces*, v. 474 *Scythici Triones*.

Vv. 484—487.

Obvia quid mirum vinci, cum barbarus ultro  
Iam cupiat servire tibi? Tua Sarmata discors  
Sacramenta petit, proiecta pelle Gelonus  
Militat, in Latios ritus transistis Alani.

Что за диво побѣждать противниковъ,  
когда варваръ уже добровольно жаждетъ  
служить тебѣ? Строптивный Сарматъ же-  
лаетъ присягнуть тебѣ; Гелонъ, отбросивъ  
звѣриную шкуру, служить въ войскѣ, вы  
Аланы, перешли къ Латинскимъ уставамъ...

Vv. 623—636.

Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi  
In lintres fregere nemus. Ter mille ruebant  
Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.  
Dux Odothaeus erat. Tanta conamina classis  
Incipiens aetas et primus contudit annus.  
Submersae sedere rates. Fluitantia nunquam  
Largius Arctos pavere cadavera pisces.  
Corporibus premitur Peuce. Per quinque  
resurgens  
Ostia barbaricos vix egerit unda cruores.  
Confessusque parens Odothaei regis opima  
Rettulit exuviasque tibi. Civile secundis  
Conficis auspiciis bellum. Tibi debeat orbis  
Fata Gruthungorum debellatumque tyrannum.  
Ister sanguineos egit te consule fluctus.

...Осмѣлившіеся нѣкогда переплыть Да-  
нубій Грутунги срубилъ дѣсь на челноки.  
По рѣкѣ стремились три тысячи ладей,  
полныхъ свирѣпыми отрядами. Вождемъ  
былъ Одооей. Молодой возрастъ и первый  
годъ *военной службы* разбилъ планъ та-  
кого флота. Потопленные лодки съли  
*на днѣ рѣки*. Никогда съверныя рыбы не  
питались такъ изобильно плавающими тру-  
пами. Тѣла давятъ Певку. Вода, изливаю-  
щаяся пятью устьями, едва выноситъ *съ*  
*море* варварскую кровь. Отецъ, признавая  
*за тобою честь победы*, принесъ тебѣ до-  
спѣхи, снятые съ царя Одооея. Ты благо-  
получно оканчиваешь гражданскую войну.  
Тебѣ обязанъ свѣтъ гибели Грутунговъ  
и пораженіемъ тирана. Въ твое консуль-  
ство Истръ катилъ кровавыя волны...

## FESCENNINA

DE NVPTIIS HONORII AVGVSTI <sup>1)</sup>.

## ФЕСЦЕННИНЫ НА

БРАКОСОЧЕТАНІЕ ГОНОРІЯ АВГУСТА.

V. 3 Honorius praedicatur esse *eques Gelonis imperiosior*, v. 25 quaeritur, *quis acerbis horridior Scythis*.

Vv. 31—39 (Honorium adloquitur poeta):

Tu si nivalis per iuga Caucasi  
Saevae petisses pulcher Amazonas,

...Если бы ты, красавецъ, устремился  
противъ свирѣпыхъ Амазонокъ по горамъ

1) Scripta sunt initio a. 398.

Peltata pugnans desereret cohors  
 Sexu recepto; patris et immemor  
 Inter frementes Hippolyte tubas  
 Strictam securim languida poneret  
 Et seminudo pectore cingulum  
 Forti negatum solveret Herculi,  
 Bellumque solus conficeret decor.

снѣжнаго Кавказа, то вооруженный пель-  
 тами отрядъ, вспомнивъ свой полъ, уло-  
 нился бы отъ битвы, и Ипполита, забывъ  
 объ отцѣ среди гремящихъ трубъ, въ изне-  
 моженіи положила бы извлеченную изъ  
*ноженъ* сѣкыру и съ полуобнаженной  
 грудью развязала бы поясъ, въ которомъ  
 отказала могучему Геркулесу; одна *твоя*  
 красота кончила бы войну...

DE BELLO GILDONICO  
 LIBER I<sup>1)</sup>).

О ГИЛДОНОВСКОЙ ВОЙНѢ  
 КНИГА I.

Vv. 241—245.

[Theodosius Arcadio dicit]:  
 In primo genitore, vide, civile calebat  
 Dissidium, dubio stabant Romana sub ictu;  
 Quis procul Armenius vel quis Maeotide ripa  
 Rex ignotus agit, qui me non iuvat euntem  
 Auxilio? Fovere Getae, venere Geloni.

[Феодосій говоритъ Аркадію]:  
 ...Смотри, при *моемъ* родителѣ впер-  
 вые горѣлъ гражданскій раздоръ. Римскія  
*дѣла* стояли подъ сомнительнымъ ударомъ.  
 Какой далекій обитатель Арменіи или ка-  
 кой неизвѣстный царь дѣйствуетъ на Мэо-  
 тійскомъ берегу, который не помогъ мнѣ  
 въ походѣ? Меня ободрили Геты, пришли  
 Гелоны...

IN EVTROPIVM  
 LIBER I<sup>2)</sup>).

НА ЕВТРОПІЯ  
 КНИГА I.

Vv. 242—250.

...Gaudet cum viderit hostis  
 Et sentit iam deesse viros. Incendia fumant.  
 Muris nulla fides, squalent populatibus agri  
 Et medio spes sola mari. Trans Phasin  
 aguntur  
 Cappadocum matres, stabulisque abducta  
 paternis  
 Caucasias captiva bibunt armenta pruinas  
 Et Scythicis mutant Argaei pabula silvis.  
 Extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes  
 Flos Syriae servit...

...Врагъ радуется при видѣ *дѣлнй*  
*Евтропія* и чувствуетъ, что мужей уже  
 нѣтъ. Дымятся пожары. Нѣтъ никакого  
 упованія на стѣны. Поля обезображены  
 опустошеніями, единственная надежда —  
 въ открытомъ морѣ. Каппадокійскія ма-  
 тери уводятся *съ пѣты* за Фасидъ. Захва-  
 ченный скотъ, уведенный изъ родныхъ  
 хлѣбовъ, пьетъ на Кавказѣ мерзлую воду  
 и мѣняетъ пастбища Аргея на Сивскіе  
 лѣса. Цвѣтъ Сиріи служитъ *въ рабствѣ*  
 за Киммерійскими болотами, оплотомъ  
 Тавровъ...

1) Eodem anno.

2) Libri in Eutropium scripti sunt a. 399.



Vv. 506—513 (fin.).

[Poeta Stilichonem hortatur, ut Eutropium castiget]:

...Non est iaculis hastisve petendus:  
Conscia suceumbent audito verbere terga,  
Ut Scytha post multos rediens exercitus  
annos,  
Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes  
Iret et arceret dominos tellure reversos,  
Armatam ostensis aciem fudere flagellis:  
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror  
Vulgus, et adductus sub verbera torpuit ensis.

[Поэтъ увѣщаетъ Стиликхона наказывать Евтропія]:

...На него не надо идти съ дротиками или копьями: знакомая съ ударами спина согнется, услышавъ ихъ. Такъ Скиены, возвращаясь послѣ многихъ лѣтъ боевой жизни, выставленными на показъ бичами разсѣяли вооруженную толпу, когда рабская молодежь выступила противъ нихъ за предѣлы родной земли и не хотѣла допустить *отъ нее* возвратившихся господъ. Знакомый ужасъ отклонилъ подлую чернь *отъ ея* намѣреній, и мечъ, подвергнутый ударамъ *бича*, оцѣпенѣлъ въ *ея рукахъ*.

## IN EVTROPIVM

## LIBER II.

V. 103 commemorantur *flavi Geloni*, v. 151—*Riphaeae orae*, v. 152—*Caucasiae valles*, v. 165 *exsanguis glacie Hister* (idem comm. v. 203), v. 264 *Sangarius flumen* dicitur deferri *ad ostia Amazonii Ponti*, v. 334 comm. *freta Maeotia*, v. 338—*Chimus* et *Sarmata*, v. 569—*extremus Araxes*.

## НА ЕВТРОПІЯ

## КНИГА II.

Vv. 574—579.

[Aurora Stilichonem adloquitur]:

...Nec iam mihi Caucasus hostes  
Nec mittit gelidus Phasis; nascuntur in ipso  
Bella sinu. Legio pridem Romana Gruthungi,  
Iura quibus victis dedimus, quibus arma  
domusque  
Praebuimus, Lydos Asiaeque uberrima vastant  
Ignibus et si quid tempestas prima reliquit.

[Аврора говоритъ Стиликхону]:

...Уже противъ меня высылаютъ враговъ не Кавказъ и не ледяной Фасидъ: войны рождаются въ самомъ лонѣ. Бывшій римскій легіонъ—Грутунги, которымъ мы дали права побѣжденнымъ, которымъ предоставили земли и дома, опустошаютъ огнями Лидію, богатѣйшія *земли* Азии и все, что оставила первая буря...

## DE CONSULATU STILICHONIS

LIBER I<sup>1)</sup>.

Vv. 106—116 et 122—130.

...Tot barbara solus  
Milia iam pridem miseram vastantia Thracen  
Finibus exiguae vallis conclusa tenebas.  
Non te terrisonus stridor venientis Alani,  
Nec vaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,

## О КОНСУЛЬСТВѢ СТИЛИХОНА.

## КНИГА I-Я.

...Ты одинъ держалъ столько тысячъ варваровъ, уже давно опустошавшихъ несчастную Фракію, запертыми въ предѣлахъ небольшой долины. Тебя не удалили ни страшный скрипъ наступающихъ Алановъ,

1) Hi libri scripti sunt a. 400.

Non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto.  
Exstinctique forent penitus, ni more maligno  
Falleret Augustas occultus proditor aures  
Obstrueretque moras strictumque reconderet

ensem,  
Solveret obsessos, praeberet foedera captis.  
Assiduus castris aderat, rarissimus urbi

.....  
..... Quoties sub pellibus egit  
Edonas hiemes et tardi flabra Bootae

Sub divo Rhiphaea tulit! cumque igne propinquo  
Frigora vix ferrent alii, tunc triste rigentem  
Danuvium calcabat eques nivibusque pro-

fundum  
Scandebat cristatus Athon lateque corusco  
Curvatas glacie silvas umbone ruebat.

Nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti,  
Nunc dabat hibernum Rhodope nimbose cu-  
bile...

ни дикость кочевыхъ Хуновъ, ни Геловъ  
косою, ни Геты луками, ни Сарматы копъ-  
емъ. Они были бы истреблены до гл,  
если бы тайный предатель не обманулъ  
коварно ушей Августа: онъ устроилъ про-  
волочки, вложивъ въ ножны обнаженный  
мечъ, освободилъ осажденныхъ и далъ  
условія свободы плѣннымъ. *Стилхонъ*  
постоянно пребывалъ въ лагерѣ и очень  
рѣдко въ городѣ... Сколько разъ прово-  
дилъ онъ подъ шкурами Едонскія зимы и  
подъ открытымъ небомъ переносилъ Ри-  
фейскіе бичи медленнаго Волонаса. Когда  
другіе съ трудомъ выдерживали холодъ  
близъ огня, тогда онъ топталъ копытами  
*комъ* печально замерзшій Данубій, съ шле-  
момъ на головѣ пробирался по глубокимъ  
снѣгамъ Аеоны и съ блестящимъ щитомъ  
устремлялся въ искривленные льдомъ гѣса:  
либо шелъ онъ по берегамъ Киммерійскаго  
Понта, либо туманная Родопа давала ему  
зимнее ложе...

Vv. 154—158.

...Totam pater undique secum  
Moverat Auroram; mixtis hic Colchus Hiberis,  
Hic mitra velatus Arabs, hic crine decorus  
Armenius; hic picta Saces fucataque Medus,  
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus...

...Отецъ двинулъ съ собою отовсюду  
весь Востокъ: здѣсь Колхъ вмѣстѣ съ  
Иверами, здѣсь покрытый митрою Арабъ,  
здѣсь Арменецъ съ красивыми волосами,  
здѣсь Сакъ поставилъ свои крашеные шатры,  
Мидецъ — цвѣтные, а черныи Индусъ —  
украшенные камнями...

LIBER III.

КНИГА 3-Я.

Vv. 253—256.

Iungunt se geminae, metuenda feris He-  
caerge

Et soror, optatum numen venantibus, Opis,  
Progenitae Scythia: divas nemorumque po-  
tentes

Fecit Hyperboreis Delos praelata pruinis...

...Присоединяются [къ другимъ божес-  
твамъ] рожденныя въ Скиѣи страшная  
звѣрѣмъ Екаерга и сестра ея Описъ, же-  
ланное божество для охотниковъ. Дикость,  
предпочтенный Иверборейскимъ инеямъ,  
сдѣлалъ ихъ богинями и владычицами гѣ-  
совъ...

DE BELLO POLLENTINO SIVE  
GOTHICO <sup>1)</sup>).

О ПОЛЛЕНТИНСКОЙ ИЛИ ГОТСКОЙ  
ВОЙНѢ.

Vv. 2—3 comm. *audax Argo Acetam Colchosque petens.*

1) Scriptum est a. 402.

Vv. 54—60.

[Poeta precatur]:

...Tum demum ferrea sumet  
Ius in te Lachesis, cum sic mutaverit axem  
Foederibus natura novis, ut flumine verso  
Irriget Aegyptum Tanais, Maeotida Nilus,  
Eurus ab occasu, Zephyrus se promat ab  
Indis  
Caucasiisque iugis calido nigrantibus Austro  
Gaetulas Aquilo glacie constringat harenas.

[Поэтъ молится]:

...Пусть желѣзная Лахесія только тогда  
приметъ надъ тобою [т. е. надъ Римомъ]  
право, когда природа по новымъ уставамъ  
такъ измѣнитъ земную ось, чтобы Тана-  
идъ, измѣнивъ теченіе, орошалъ Эгипетъ,  
а Нилъ Маотиду; чтобы Евръ поднимался  
съ запада, а Зефиръ — отъ Индіи, и чтобы  
Аввильонъ сковывалъ льдомъ Гетульскіе  
пески, между тѣмъ какъ Кавказскія гор-  
ныя выси будутъ чернѣть отъ теплаго  
Австра...

Vv. 329—339.

Sublimis in Arcton  
Prominet Hercyniae confinis Raetia silvae:  
Quae se Danubii iactat Rhenique parentem,  
Utraque Romuleo praetendens flumina regno:  
Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant  
Et fluvios cogunt unda coeunte minores  
In nomen transire suum. Te Cimbrica Tethys  
Divisum bifido consumit, Rhene, meatu;  
Thracia quinque vadis Histrum vorat Am-  
phitrite.  
Ambo habiles remis, ambo glacialia secti  
Terga rotis, ambo Boreae Martique sodales.

Высоко поднимается въ сѣверу Ретія,  
сопредѣльная Геркинскому лѣсу; она ве-  
личаетъ себя родительницею Данубія и  
Рейна, простирая обѣ рѣки вдоль Рому-  
лова царства. Будучи малы при истокахъ,  
онѣ вскорѣ царятъ глубокою бездною и  
заставляютъ меньшія рѣки принимать ихъ  
имя, присоединяя къ себѣ ихъ воды. Ким-  
вріійская Тетисъ принимаетъ тебя, Рейнъ,  
послѣ раздѣленія на два протока; Фракій-  
ская Амфитрита поглощаетъ Истръ пятыю  
устями. Оба удобны для веселья, оба на-  
рѣзаны колесами по ледянымъ хребтамъ,  
оба — товарщи Борю и Марсу...

Vv. 601—603.

Altius haud unquam toto descendimus ense  
In iugulum Scythiae, tanta nec clade superbum  
Contudimus Tanain vel cornua fregimus Histri.

...Мы никогда прежде не вошли  
глубже цѣлаго меча въ горло Скиѣицъ, не  
громнили такимъ пораженіемъ гордаго Та-  
наида и не ломали роговъ Истра...

V. 247 comm. *sidera Getici Plaustris*. — V. 581 comm. *patiens dicionis Alanus*.

PANEGYRICVS  
DE SEXTO CONSVLATV  
HONORII AVGVSTI 1).

ПАНЕГИРИКЪ  
НА ШЕСТОЕ КОНСУЛЬСТВО  
ГОНОРІЯ АВГУСТА.

V. 105 commemorat poeta Alaricum Peuce oriundum esse (*Alaricum barbara  
Peuce nutrierat*).

1) Scr. autumnno a. 408.

Vv. 333—338.

...Nec tali publica vota  
Consensu tradunt atavi caluisse per urbem,  
Dacica bellipotens cum fregerat Ulpus<sup>1</sup>) arma  
Atque indignantes in iura redegerat Arctos,  
Cum fasces cinxere Hypanin mirataque leges  
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal.

...Не съ такимъ единодушiемъ разда-  
вались по городу, какъ передають пра-  
дѣды, горячія общественныя моленія, когда  
могучій на войнѣ Ульпій сломилъ Дакій-  
ское оружіе и подчинилъ законамъ него-  
дующій Сѣверъ, когда *ликторскія* связки  
прутьевъ опоясали Ипанидъ и удивленная  
законами Мэотійская земля изумилась  
Римскому трибуналу...

DE RAPTU PROSERPINAЕ  
LIBER II<sup>2</sup>).

О ПОХИЩЕНІИ ПРОЗЕРПИНЫ  
КНИГА 2-Я.

Vv. 62—66.

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis  
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago  
Hippolyte niveas ducit post proelia turmas,  
Seu flavos stravere Getas, seu forte rigentem  
Thermodontica Tanain fregere securi...

Такъ прекрасная когорта Амазонокъ,  
отложивъ щельты, торжествуетъ, когда му-  
жественная дѣва Иполита, опустошивъ  
Сѣверъ, ведетъ послѣ битвы бѣлоснѣжныя  
рады, — разгромили ли они свѣтловласныхъ  
Гетовъ, или Термодонтскою сѣкирою рас-  
кололи замерзшій Танаидъ...

Lib. III v. 282 comm. *templa Scythiae atque hominem sitientes arae* (храмы  
Скиѳовъ и жаждущіе человѣческой крови жертвенники). — V. 321 comm. *Rhipaea frigora*.

CARMINA MINORA.  
XXVII. PHOENIX.

МЕЛКІЯ СТИХОТВОРЕНІЯ.  
27. ФЕНИКСЪ.

V. 31—32 in comparatione commemoratur *lassa procellis ardua Caucasio de  
culmine pinus* (разбитая бурями высокая сосна съ Кавказской вершины).

XXXI. EPISTOLA AD SERENAM.

31. ПИСЬМО КЪ СЕРЕВѢ.

[Poeta dicit, cum Orpheus nuptias ce-  
lebraret, certasse feras et volucres, «dona  
suo vati quae potiora darent»]:

[Поэтъ говоритъ, что при бракосочетаніи  
Орфея звѣри и птицы соревновали между  
собою, кто принесетъ пѣвцу лучшіе дары]:

8. Caucasio crystallae ferunt de vertice lynces;  
Grypes Hyperborei pondera fulva soli.

...Рыси несутъ кристаллы съ вершинъ  
Кавказа, грифы — желтыя тяжести Ипер-  
борейской земли [т. е. золото]...

1) Scil. Traianus.

2) Scriptum est carmen a. 395—397.

Carm. XL (Epistula ad Olybrium) v. 15 commemorantur *Geticae pruinae*.

## LIII. GIGANTOMACHIA.

## 58. ВОЙНА СЪ ГИГАНТАМИ.

Vv. 21—22.

...volucrem vivo sub pectore pascit  
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.

...Несчастный Прометей, пригвожден-  
ный въ Скиѣскомъ ущельѣ, кормить птицу  
подъ живою грудью...

Vv. 75—77.

Primus terrificum Mavors non segnis in  
agmen  
Odrusios impellit equos, quibus ille Gelonos  
Sive Getas turbare solet...

...Марсъ первый не гнѣвно гонить  
на страшный отрядъ *своихъ* Одрезскихъ  
коней, которыми онъ обычно приводитъ  
въ смѣненіе Гелоновъ или Гетовъ...

## C. CHIRIVS FORTVNATIANVS.

## Г. ХИРІЙ ФОРТУНАТІАНЪ.

[Съ именемъ Г. Хирія Фортунаціана сохранился до насъ риторическій учебникъ въ 3-хъ книгахъ, изложенный въ видѣ вопросовъ и отвѣтовъ. Относится онъ къ IV в. по Р. Хр. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 166. — Текстъ: Rhetores Latini minores. Emend. Carolus Halm. Lips. 1863, p. 81 sq.].

## ARTIS RHETORICAE

## РИТОРИЧЕСКАГО ИСКУССТВА

## LIBRI III.

## 3 КНИГИ.

Lib. I, 14... More quem ad modum fit  
[iuris ratiocinatio]? 'Mos apud Scythas fuit,  
ut sexagenarii per pontem mitterentur:  
Scytha Athenis sexagenarium patrem per  
pontem deiecit, reus est parricidii'. Нис  
enim se dicit gentis suae more fecisse.

...Какимъ образомъ дѣлается [ юриди-  
ческое объясненіе] обычаемъ? «У Скиѣвъ  
былъ обычай спускать 60-лѣтнихъ съ мо-  
ста. *Одинъ* Скиѣвъ въ Аѳонахъ сбросилъ  
60-лѣтнаго отца съ моста и обвиненъ въ  
отцеубійствѣ». Онъ говоритъ, что сдѣлалъ  
это по обычаю своего племени.

## C. IULIVS VICTOR.

## Г. ЮЛІЙ ВИКТОРЪ.

[Авторъ соч. Ars rhetorica, жилъ въ IV в. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1, стр. 167. — Текстъ: Rhetores Latini minores. Emend. C. Halm. Pag. 371 sq.].

## ARS RHETORICA.

## РИТОРИЧЕСКОЕ ИСКУССТВО.

Cap. IV, § 5... More iustum est apud  
Scythas sexaginta annos natum occidere...

...По обычаю у Скиѣвъ считается спра-  
ведливимъ убивать 60-лѣтнаго старика.

## LVCIVS SEPTIMIVS.

## ЛУЦІЙ СЕПТИМІЙ.

[Нѣкто Луцій Септимій, жившій, вѣроятно, въ IV в. по Р. Хр., обработалъ на латинскомъ языкѣ (по всей вѣроятности, по неизвѣстному намъ греческому оригиналу) исторію Троянской войны, написанную будто бы участникомъ войны критяниномъ Диктисомъ и найденную при императорѣ Неронѣ. О современномъ состояніи вопроса объ этомъ сочиненіи см. Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* IV, 1, стр. 77 сл. — Текстъ: *Dictya Cretensis Ephemeridos belli Troiani libri sex*, rec. Ferd. Meister. Lips. Teubn. 1872].

EPHEMERIDOS BELLI TROIANI  
LIBRI SEX.

Lib. I c. 22... Ceterum virginem [scil. Iphigeniam] Achilles atque hi, qui sacrificio praeferere, clam omnes regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendavere.

Lib. II c. 8. Per idem tempus, ubi de coniuratione universae Graeciae apud Troiam compertum est, auctoribus nuntii eius *Scythis* barbaris, qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultro citroque vagabantur, metus atque maeror universos invasere...

Lib. II c. 10. At ubi instructae omni modo classes et mare navigio patens neque ulla res impedimento erat, Scythas, qui forte mercandi gratia eo adpulerant, conductos mercede duces profectionis eius deligere...

Lib. II c. 16... rex Scytharum cognito adventu nostrorum cum multis donis adventabat.

Lib. II c. 26 [ex Aeneae oratione]... quid Medeam? ignoratisne a Colchis in Iolcorum fines transvectam?...

Lib. III c. 15. Sed nec multi transacti dies, cum repente nuntiatum Hectorem obviam Penthesileae cum paucis profectum:

ДНЕВНИКЪ ТРОЯНСКОЙ ВОЙНЫ  
ВЪ ШЕСТИ КНИГАХЪ.

...Дѣвушку [т. е. Ифигенію] Ахиллъ и тѣ, которые завѣдвали жертвоприношеніемъ, тайкомъ отъ всѣхъ поручили Скинскому царю, присутствовавшему въ то время.

Въ то же время стало извѣстно о заговорѣ всей Греціи противъ Троя; виновниками этого извѣстія были варвары Скиновъ, которые, ради торговыхъ оборотовъ обычно обмѣниваясь товарами по всему Геллеспонту съ мѣстными жителями, разѣзжали туда и сюда. Страхъ и скорбь овладѣли всѣми...

Когда флоты были вполне снаряжены, море было доступно для плаванія и не было болѣе никакихъ препятствій, Греки пригласили за плату Скиновъ, которые случайно пристали туда съ торговыми цѣлями, въ проводники для этого похода...

...Скинскій царь, узнавъ о прибытіи нашихъ [подъ Троею], явился со множествомъ даровъ.

[Изъ рѣчи Энея].... Что сказать о Меедѣ? развѣ вы не знаете, что она перевезена Колхами въ предѣлы Иолковъ?...

...Прошло немного дней, какъ вдругъ пришло извѣстіе, что Гекторъ съ немногими людьми отправился на встрѣчу Пен-

quae regina Amazonibus incertum pretio an bellandi cupidine auxiliatum Priamo adventaverat: gens bellatrix et ob id ad finitimos indomita, specie armorum inclita per mortales...

өөснлія: эта Амазонская царица явилась на помощь Пріаму, неизвѣстно, за деньги ли, или по страсти къ войнѣ: *это было* воинственное и потому не покоренное сосѣдами племя, славившееся своимъ оружіемъ среди смертныхъ...

Lib. IV c. 2. Interim per eosdem dies Penthesilea, de qua ante memoravimus, cum magna Amazonum manu reliquisque ex finitimo populis supervenit. quae postquam interemptum Hectorem cognovit, percussa morte eius regredi domum cupiens ad postremum multo auro atque argento ab Alexandro inlecta ibidem operiri decreverat. dein exactis aliquot diebus copias suas armis instruit. at seorsum ab Troianis ipsa suis modo bellatoribus satis fidens in pugnam pergit: cornu dextro sagittariis, altero peditibus instructo, medios equites collocat... <sup>1)</sup>.

Между тѣмъ въ тѣ же дни Пенеесілія, о которой мы упомянули выше, пришла съ большимъ отрядомъ Амазонокъ и остальными сосѣдными народами. Когда она узнала о гибели Гектора, то, пораженная его смертью, хотѣла вернуться домой, но въ концѣ концовъ, подкупленная Александромъ большою суммою золота и серебра, рѣшила ждать на мѣстѣ. Потомъ, по прошествіи нѣсколькихъ дней, она построила свои войска для битвы; но, довѣряя только своимъ воеводамъ, она выступаетъ въ битву отдѣльно отъ Троянцевъ: занявъ правое крыло стрѣлками, а другое — пѣшими, она въ центрѣ помещаетъ всадниковъ...

## VIBIVS SEQVESTER.

## ВИБІЙ СЕКВЕСТРЪ.

[Съ именемъ этого автора сохранился алфавитный перечень географическихъ именъ, встрѣчающихся у извѣстнѣйшихъ поэтовъ (Вергилія, Овидія, Лукана и др.). Сочиненіе по разнымъ признакамъ относится къ IV вѣку. — Текстъ: Geographi Latini minores ed. A. Riese, pp. 145—159].

DE FLVMINIBVS FONTIBVS LACVBVS  
NEMORIBVS PALVDIBVS MONTIBVS  
GENTIBVS PER LITTERAS.

О РѢКАХЪ, ИСТОЧНИКАХЪ, ОЗЕРАХЪ,  
РОЩАХЪ, БОЛОТАХЪ, ГОРАХЪ И НА-  
РОДАХЪ ВЪ АЛФАВИТНОМЪ ПОРЯДКѢ.

[FLVMINA].

[РѢКИ].

Araxes Armeniae Armeniam a Medis dividit.

Араксъ съ Арменіи отдѣляетъ Арменію отъ Мидянъ.

Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt.

Аримаспа у племени Скифовъ, отсюда Скифы собираютъ золото.

Danubius, qui et Hister, Germaniae in Pontum decurrit per VII ostia.

Данубій, онъ же Истръ, съ Германіи, впадаетъ въ Понтъ семью устьями.

1) De Amazonum clade et Penthesileae morte v. ibid. cap. 3.

Hypanis Scythiae qui, ut ait Gallus, uno tellures dividit amne duas: Asiam enim ab Europa separat.

Phasis in Colchide, qui de monte Amaranto fluit.

Tanais Scythiae Asiam ab Europa dividit.

Thermodon Colchos et Amazonas dividit.

Ипанидъ съ Сквиоидъ, который, какъ говоритъ Галлъ, «одной рѣкой раздѣляетъ двѣ земли», ибо онъ отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Фасидъ въ Колхидѣ, который течетъ съ горы Амаранта.

Танандъ съ Сквиоидъ отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Термодонтъ раздѣляетъ Колховъ и Амазонокъ.

## PALVDES.

Maeotis Scythiae.

## БОЛОТА.

Маотвда съ Сквиоидъ.

## MONTES.

Caucasus Indiae, Parthis et Hyrcanis iunctus.

Hyperborei Thraciae ultra plagam aequiloniam.

Imaus Hiberiae Ponticae.

Riphaei Scythiae.

## ГОРЫ.

Кавказъ съ Индіа, сосѣдній съ Парянами и Иреанцами.

Иперборейскія во Фракіи за сѣвѣрной областью.

Имаъ съ Понтійской Иверіи.

Рифейскія въ Сквиоидъ.

## GENTES.

Agathyrsi Scythae partis Europae.

Chalybes in Ponto Asiae.

Daci Scythae Europae.

Getae Thraciae Europae.

Geloni Thraciae picti corporis parte.

Sauromatae Europae.

## НАРОДЫ.

Агагирсы Сквиоидъ съ части Европы.

Халыбы въ Понтѣ съ Азіи.

Даци Сквиоидъ съ Европы.

Геты Фракіи съ Европы.

Гелоны во Фракіи, съ разрисованною частью тѣла.

Савроматы съ Европы.

## PELAGONIVS.

## ПЕЛАГОНИЙ.

[Ветеринарный врачъ, жившій во 2-й пол. IV в. по Р. Хр. Сочиненіе его «Ars veterinaria» сохранилось не вполне. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 178 сл. — Текстъ: Pelagonii artis veterinariae quae extant recensuit Maxim. Ihm. Lips. 1892].

## ARS VETERINARIA.

## ВЕТЕРИНАРНОЕ ИСКУССТВО.

Cap. VIII. Ad eos qui non meiant et remedia ad dysuriam.

Гл. VIII. О тѣхъ [лошадяхъ], которыя не мочатся, и средства противъ дисуріи.

§ 151. Item aliud Apsyrti, quod se apud Sarmatas vidisse adseveravit. nam dicit cooperiri debere equum diligenter, ita ut usque ad terram cooperitoria demittantur,

Есть также другое средство Апсирта, которое онъ, по его увѣренію, видѣлъ у Сарматовъ. Именно, онъ говоритъ, что нужно тщательно покрывать коня, такъ



ne fumus thymiamatis exeat, et sic castoreo carbonibus imposito omnem ventrem et testes ipsius equi fumigari: statim meiat.

чтобы покрывала спускались до самой земли, — чтобы не выходилъ дымъ окуриванія, — и въ такомъ видѣ окуривать все брюхо и шуйта коня бобровою струею, положенною на уголья: онъ тотчасъ помочится...

Praeterea apud Pelagonium saepius *herbae Ponticae* commemorantur, quibus ad medicamina comparanda utebantur medici, scilicet *absynthium Ponticum* §§ 26. 454; *acorum* P. 341. 365. 369. 390; *asarum* P. 288. 390. 463; *marrubium* P. 341.

## FLAVIVS VEGETIVS RENATIVS.

## ФЛАВІЙ ВЕГЕТІЙ РЕНАТЪ.

[Съ именемъ Флавія Вегетія Рената дошли до насъ 1) трактатъ по ветеринаріи (de mulomedicina) и 2) сочиненіе о военномъ дѣлѣ въ 4 книгахъ, представляющее собою простую компіляцію изъ прежнихъ военныхъ писателей (Катона, Цезаря, Фронтіна и др.). Сочиненіе было представлено императору, къ сожалѣнію не названному по имени. Вѣроятно все это было Ѳеодосіемъ I, хотя нѣкоторые ученые думали о Ѳеодосіи II или Валентиніанѣ III. Во всякомъ случаѣ, какъ видно изъ цитируемаго ниже мѣста, сочиненіе было написано послѣ смерти Граціана (388); но съ другой стороны оно должно быть написано значительно раньше 450 г., въ которомъ оно было подвергнуто критической рецензіи консуломъ Евтропіемъ. См. Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 175 сл. — Текстъ: Flavii Vegeti Renati Eritoma rei militaris. Rec. Car. Lang. Lips. 1885].

## EPITOMA REI MILITARIS.

## КРАТКІЙ ОЧЕРКЪ ВОЕННОГО ДѢЛА.

Lib. I c. 20. Locus exigit ut, quo armorum genere vel instruendi vel muniendi sint tirones, referre temptemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est; nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum arma profecerint, pedites constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usque ad tempus divi Gratiani et catafractis et galeis munebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interveniente negligentia desidiaque cessaret, gravia videri arma coeperunt, quae raro milites induebant; itaque ab imperatore postulant primo catafractas, deinde cassides sedere refundere<sup>1)</sup>. Sic detectis pectoribus et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittariorum saepe deleti sunt; nec post tot clades, quae usque ad tantarum urbium exci-

Мѣсто требуетъ, чтобы мы попытались изложить, какими родомъ оружія должны быть снабжаемы или защищаемы молодые солдаты. Но въ этомъ отношеніи старинный обычай совершенно исчезъ; ибо, хотя по примѣру Готскихъ, Алавскихъ и Гуннскихъ всадниковъ доспѣхи оказывались полезными, пѣхотинцы, какъ извѣстно, не имѣютъ ихъ. Отъ основанія города вплоть до времени божественнаго Граціана пѣхотное войско было защищено кольчугами и шлемами. Но когда полевныя упражненія стали прекращаться вслѣдствіе небрежности и лѣности, начали казаться тяжелыми доспѣхи, которые рѣдко надѣвали солдаты. Итакъ, они потребовали отъ императора разрѣшенія снять сначала кольчуги, а потомъ и шлемы. Такимъ образомъ наши солдаты, сражаясь противъ Готевъ съ

1) Locus corruptus. In rossica versione sensum reddidimus.

dia pervenerunt, cuiquam curae fuit vel ca-  
tafractas vel galeas pedestribus reddere...

открытою грудью и головою, часто были  
истребляемы; но и послѣ столькихъ пора-  
женій, доходившихъ до уничтоженія боль-  
шихъ городовъ, никто не подумалъ воз-  
вратить пѣхотинцамъ или кольчуги, или  
племн.

Lib. I c. 28... Dacos autem et Moesos  
et Thracas in tantum bellicosos semper  
fuisse manifestum est, ut ipsum Martem  
fabulae apud eos natum esse confirment...

...Дакийцы, Мезійцы и Фракійцы, какъ  
извѣстно, всегда были столь воинственны,  
что поэтическія сказанія утверждаютъ,  
будто у нихъ родился самъ Марсъ.

Lib. III c. 26 extr. Hunnorum Alanorumque equitandi scientia vel decor praedicatur.

### MARCELLVS.

### МАРЦЕЛЪ.

[Марцеллъ былъ придворнымъ врачомъ императора Феодосія I. Судя по даннымъ предисловія  
врачебнаго труда Марцелла, онъ составилъ его, когда Феодосій передалъ свою власть своему  
сыну Феодосію Младшему (408 г.). Изъ того же предисловія можно вывести предположеніе,  
что Марцеллъ былъ родомъ изъ Burdigala (Бордо). — Текстъ: Marcelli de medicamentis liber.  
Edidit Georgius Helmreich. Lipsiae 1889. Cp. S. Chabert, De latinitate Marcelli in libro de  
medicamentis. Parisiis 1897].

#### DE MEDICAMENTIS LIBER.

#### КНИГА О ВРАЧЕБНЫХЪ СРЕДСТВАХЪ.

In pag. 164 memoratur «pix rubrica  
Scythica, quam alii pissasphaltum vocant».

Красноватая Скисская смола, которую  
другіе называютъ писсасфальтомъ.

### AMBROSIVS THEODOSIVS MACROBIVS.

### АМБРОСІЙ ФЕОДОСІЙ МАКРОВІЙ.

[Жилъ въ концѣ IV и 1-й половинѣ V вѣка (по всей вѣроятности идентиченъ съ тѣмъ Макро-  
біемъ, который въ 390 и слѣд. г. былъ praefectus praet. Hispaniarum, въ 410 г. pro consule Afri-  
cae, въ 422 praepositus sacri cubiculi. Съ его именемъ сохранились комментарий къ Цицеронову  
соч. Somnium Scipionis въ 2 книгахъ и Saturnalia въ 7 книгахъ, очень богатаго историческаго  
и литературнаго содержанія. — Текстъ: Macrobius. Fr. Eussenhardt recognovit. Lips. 1868].

#### SATVRNALIA.

#### САТУРНАЛІИ.

Lib. I, 11, 33. Borysthenitae obpugnante  
Zopyrione servis liberatis dataque civitate  
peregrinis et factis tabulis novis hostem  
sustinere potuerunt.

Бориссеныты, осаждаемые Зопиріономъ,  
отпустили на волю рабовъ, дали права  
гражданства иностранцамъ, измѣнили дол-  
говныя обязательства и такимъ образомъ  
могли выдержать осаду врага.

## PAVLVS OROSIVS.

## ПАВЕЛЬ ОРОСІЙ.

[Родомъ испанецъ (можетъ быть изъ Тарраконы), былъ пресвитеромъ повидимому въ Бракарѣ въ Лузитаніи. Блаж. Августинъ въ письмѣ къ Иерониму въ 413 или 414 г. (ср. 166, 2) называетъ его «religiosus iuuenis, aetate filius». Отсюда можно заключить, что онъ родился приблизительно въ 380-хъ годахъ; годъ смерти неизвѣстенъ. Около 417 г. онъ по совѣту Августина; для защиты и прославленія христіанской церкви, написалъ очеркъ всеобщей исторіи въ 7 книгахъ съ христіанской точки зрѣнія. Кромѣ этого труда сохранились два догматико-полемическія сочиненія Оросія противъ пелагіанъ и присциллианистовъ. — Текстъ: Pauli Orosii Historiarum adversum paganos libri VII ex rec. Car. Zangemeister. Lipsiae 1889].

HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS  
LIBRI VII.ИСТОРИЙ ПРОТИВЪ ЯЗЫЧНИКОВЪ  
7 КНИГЪ.

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

## LIBER I.

## КНИГА 1-Я.

Cap. 2, §§ 4—6: Europa incipit ut dixi sub plaga septentrionis, a flumine Tanai, qua Rhiphaei montes Sarmatico aversi oceano Tanaim fluvium fundunt, qui praeteriens aras ac terminos Alexandri Magni in Rhobascorum finibus situs Maeotidas augeat paludes, quarum immensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum Pontum late ingreditur...

Европа начинается, какъ я сказалъ, въ сѣверномъ поясѣ, отъ рѣки Танаида тамъ, гдѣ Рифейскія горы, отходя въ противоположную отъ Сарматскаго океана сторону, даютъ начало рѣкѣ Тананду, которая, протекая мимо алтарей и рубежей Александра Великаго, находящихся въ предѣлахъ Робасковъ, увеличиваетъ своими водами Мэотійскія болота. Огромный разливъ послѣднихъ около города Θεодосіа широко вливается въ Евксинскій Понтъ...

§§ 13—14. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis, a sinistra promunturium Caligardamana... a dextra habet Imavi montis — ubi Caucasus deficit — promunturium Samarae...

Азія въ срединѣ восточной стороны имѣетъ въ Восточномъ океанѣ устья рѣки Ганга, съ лѣвой стороны мысъ Калигардamana... а съ правой Самарскій мысъ горы Имава тамъ, гдѣ кончается Кавказъ...

15. In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen Indum, quod Rubro mari accipitur, a septentrione montem Caucasum...

Въ этихъ предѣлахъ находится Индія, которая съ запада имѣетъ рѣку Индъ, вливающуюся въ Красное море, а съ сѣвера — гору Кавказъ...

17. A flumine Indo, quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ad occasum, regiones sunt istae: Arachosia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. hae a septentrione habent montem Caucasum...

Отъ рѣки Инда на востокъ до рѣки Тигра на западъ расположены слѣдующія страны: Арахозія, Партея, Ассирія, Персида и Мидія въ мѣстностяхъ гористыхъ и малодоступныхъ. Съ сѣвера онѣ имѣютъ гору Кавказъ...

25. In capite Syriae Cappadocia est, quae habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cimmericum...

Къ верхней части Сиріи примыкаетъ Каппадокія, которая съ востока граничитъ съ Арменіей, съ запада съ Азіей, съ сѣвера съ полями Темискирскими и Киммерійскимъ моремъ...

36. Mons Caucasus inter Colchos, qui sunt super Cimmericum mare, et inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur. cuius quidem usque in ultimum orientem unum videtur iugum, sed multa sunt nomina; (37) et multi hoc ipsum iugum Tauri montis credi volunt, quia re vera Parcohatras mons Armeniae inter Taurum et Caucasum medius continuare Taurum cum Caucaso putatur; (38) sed hoc ita non esse discernit fluvius Euphrates, qui, radice Parcohatrae montis effusus, tendens in meridiem, ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dextram. (39) itaque ipse Caucasus inter Colchos et Albanos, ubi et portas habet, mons Caucasus dicitur; (40) a portis Caspiis usque ad Armenias pylas vel usque ad fontem Tigridis fluminis inter Armeniam et Hiberiam montes Acrocerauni dicuntur; (41) a fonte Tigridis usque ad Carras civitatem inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes; (42) a Carris civitate usque ad oppidum Cathippi inter Hyrcanos et Bactrianos mons Memarmali, ubi atomum nascitur; a quo proximum iugum mons Parthau dicitur; (43) ab oppido Cathippi usque ad vicum Safrim inter Dahas Sacaraucas et Parthyenos mons Oscobares, ubi Ganges fluvius oritur et laser nascitur; (44) a fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorrae, qui sunt a septentrione, ubi sunt montani Paropanisadae, mons Taurus; (45) a fontibus Ottorogorrae usque ad civitatem Ottorogorram inter Chunos Scythas et Gandaridas mons Caucasus; (46) ultimus autem inter Eoas et Passyadras mons Imavus, ubi flumen Chrysorhoas et promunturiam Samara orientali excipiuntur oceano. (47) igitur a monte Imavo, hoc est ab imo Caucaso et dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, usque ad promunturium Boreum et flumen Boreum, inde tenus Scythico mari, quod est a septentrione, usque ad mare Caspium quod est ab occasu, et usque ad extentum Caucasi iugum, quod est ad meridiem, Hyrcanorum et Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes.

48. Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque citra oceanum litora et loca deserta incultaque habentur. inde meridiem versus per longas

Гора Кавказъ сначала поднимается *въ мѣстности* между Колхами, живущими вверху отъ Киммерійскаго моря, и Албанцами, живущими у Каспійскаго моря. До самаго крайняго востока онъ *составляетъ*, повидимому, одинъ хребетъ, но носятъ много названій; и многіе полагаютъ, что это хребетъ горы Тавра, такъ какъ, дѣйствительно, гора Паркогатра въ Арменіи находится посредніиъ между Тавромъ и Кавказомъ, и, какъ думаютъ, соединяетъ Тавръ съ Кавказомъ; но что это не такъ, показываетъ рѣка Евфратъ, которая беретъ начало у подошвы горы Паркогатри и, направляясь на югъ, оставляетъ эту гору влѣво, а Тавръ вправо. Итакъ самъ Кавказъ между Колхами и Албанцами, гдѣ онъ имѣетъ и ворота, называется горой Кавказомъ; отъ воротъ Каспійскихъ до ущельевъ Армянскихъ или до истоковъ рѣки Тигра между Арменіей и Иверіей горы носятъ названіе Акрокеравинскихъ; отъ истоковъ Тигра до города Карръ между Маасагетами и Парянами гора Ариобарзанъ; отъ города Карръ до города Каеннипа между Иркапцами и Бактріанами гора Мемармаль, гдѣ растетъ амомъ; ближайшій къ нему хребетъ зовется горой Пароау; отъ города Каеннипа до селенія Сафрія между Дагами, Сакаравками и Паряенами — гора Оскобаръ, гдѣ начинается рѣка Гангъ и гдѣ растетъ гладмышъ; отъ истока рѣки Ганга до истока рѣки Отторогорры на сѣверѣ, гдѣ горные Паропанисады, — гора Тавръ; отъ истоковъ Отторогорры до города Отторогорры между Хувами, Сябеами и Гандаридами — гора Кавказъ; крайняя же между Восточными и Пассиадрами — гора Имавъ, гдѣ рѣка Хрисороя и мѣсъ Самара приижаются восточнымъ океаномъ. Итакъ отъ Имава, т. е. отъ крайняго Кавказа и правой стороны востока, гдѣ простирается Серскій океанъ, до мыса Борея и рѣки Борея, оттуда до Скинскаго моря на сѣверѣ, до Каспійскаго моря на западѣ и до растянутого хребта Кавказскаго на югѣ живетъ 42 племени Ирканскихъ и Скинскихъ, кочующихъ на широкомъ пространствѣ вслѣдствіе неплодородной почвы.

Каспійское море начинается отъ океана въ сѣверномъ поясѣ. Оба его берега по сю сторону океана и *прилегающія* мѣстности считаются пустынными и невоздѣ-

angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum Caucasi montis radicibus terminetur. (49) itaque a mari Caspio, quod est ad orientem, per oram oceani septentrionalis usque ad Tanaim fluvium et Maeotidas paludes, quae sunt ad occasum, per litus Cimmerici maris, quod est ab Africo, usque ad caput et portas Caucasi, quae sunt ad meridiem, gentes sunt XXXVIII. (50) sed generaliter regio proxima Albania, ulterior sub mari et monte Caspio Amazonum nominatur.

51. Expliciti sunt quam brevissime fines Asiae. nunc Europam in quantum cognitioni hominis conceditur stilo pervagabor.

52. *Incipit* a montibus Riphaeis ac flumine Tanai Maeotidique paludibus, quae sunt ad orientem, per litos septentrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam et flumen Rhenum, quod est ab occasu *descendens*, deinde usque ad Danuvium, quem et Istrum vocant, qui est a meridie et ad orientem directus Ponto accipitur. (53) ab oriente Alania est, in medio Dacia ubi et Gothia, deinde Germania est ubi plurimam partem Suebi tenent. quorum omnium sunt gentes LIII.

Cap. 4, 1—3. Ante annos urbis conditae MCCC Ninus rex Assyriorum... a meridie atque a Rubro mari surgens, sub ultimo septentrione Euxinum pontum vastando perdomuit, Scythicamque barbariam, adhuc tunc inbellem et innocentem, torpentem excitare saevitiam, vires suas nosse, et non lacte iam pecudum, sed sanguinem hominum bibere, ad postremum vincere dum vincitur edocuit....

Cap. 14. Anno ante urbem conditam CCCCLXXX Vesozes rex Aegypti meridiem et septentrionem, divisas paene toto caelo ac pelago plagas, aut miscere bello aut regno iungere studens, Scythis bellum primum indixit missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. (2) ad quae Scythae legatis respondent, stolide opulentissimum regem adversus inopes sumpsisse bellum, quod timendum ipsi magis versa vice fuerit propter incertos belli eventus

ланными. Затѣмъ оно тянется на югъ длиннымъ и узкимъ проливомъ, пока, значительно расширившись, не ограничивается подошвой Кавказа. Итакъ отъ Каспійскаго моря на востокъ по берегу Сѣвернаго океана до рѣки Танаида и Меотійскихъ болотъ, которыя лежатъ на западъ, по берегу Киммерійскаго моря на юго-западъ, до начала и проходовъ Кавказа на югъ обитаютъ 84 племени. Ближайшая мѣстность известна подъ общимъ именемъ Албанія, а дальняя у моря и горы Каспійской называется *страною* Амазонокъ.

*Выше* описаны въ самыхъ краткихъ чертахъ предѣлы Азіи. Теперь я опишу Европу, насколько доступно человѣческому званію.

*Она* начинается отъ Рифейскихъ горъ, рѣки Танаида и Меотійскихъ болотъ, лежащихъ на востокъ, простирается по берегу Сѣвернаго океана до Галліи Бельгійской и рѣки Рейна, который течетъ на западъ, затѣмъ до Данувія, называемаго и Истромъ, который направляется съ юга на востокъ и впадаетъ въ Понтъ; на востокъ лежитъ Аланія, по срединѣ Дакія, гдѣ и Готеія, затѣмъ Германія, гдѣ большую часть занимаютъ Свевы; во всѣхъ этихъ странахъ живутъ 54 племени.

За 1300 лѣтъ до основанія Рима царь Ассирійскій Нинъ..., поднявшись съ юга отъ Краснаго моря, на крайнемъ сѣверѣ опустошилъ и покорилъ Евксинскій Понтъ и *научилъ* варваровъ-Скиновъ, дотогѣ невоинственныхъ и безвредныхъ, не умѣвшихъ проявлять свою жестокость, познать свои силы и пить уже не молоко животныхъ, а кровь человѣческую, наконецъ научилъ побѣждать пораженіями...

Въ 480 году до основанія города царь Эгипетскій Весозъ, или желая смѣшать войною югъ и сѣверъ, раздѣленные почти дѣльнымъ небомъ и моремъ пояса, или присоединить ихъ къ своему царству, первый объявилъ войну Скинамъ, отправивъ впередъ пословъ объявить врагамъ условія подчиненія. На это Скины отвѣчаютъ, что глупо богатѣйшій царь предпринялъ войну противъ немощныхъ, ибо ему наоборотъ слѣдуетъ бояться, какъ бы не остаться, въ

nulla praemia et damna manifesta. porro sibi non expectandum, dum ad se veniatur, sed ultro praedae obviam ituros. (3) nec mora, nam dicta factis insequuntur. primum ipsum Vesozen territorium refugere in regnum cogunt, destitutum vero exercitum invadunt omnemque belli apparatus capessunt; universam quoque Aegyptum populavissent, ni paludibus inpediti repellentur. (4) inde continuo reversi perdomitam infinitis caedibus Asiam vectigalem fecere; ubi per XV annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione revocantur denuntiantibus, ni redeant, subolem se a finitimis quaesituras.

§ 656 ex Solino pp. 74—76. || § 661 ex Solino p. 87 et Plinio IV, 76. || § 662 ex Plinio IV, 76—79 in. || § 663 ex Plinio IV, 80—83 et 88.

1) viciens semel centena LM *Plinius* IV, 77. 2) Neuri *Grotius*: neutri codd.

tenebris inumbrata. (664) post eosdem montes trans Aquilonem Hyperborei, apud quos mundi axis continua motione torquetur, gens moribus, prolixitate vitae, deorum cultu, aëris clementia, semenstri die, fine etiam habitationis humanae praedicanda. verum Sarmatiae Scythiae Tauricae tractus in longitudine habet milia nongenta octoginta, latitudine <sup>1)</sup> septingenta decem. iam nihil in Europa aestimo memorandum. [quoniam <sup>2)</sup> et Hyperboreos sibi Asia vindicavit].

§ 665. Si autem laevorsum post Rhipaeos montes redeas per Oceani septentrionalis tractus, te denuo per Germaniae Galliarumque et Hiberos populos in Gaditanum ostium revocabis. Arimphaei quippe iam in Asia constituti parilem Hyperboreis vitam degunt cunctis gentibus venerandi, ut ad eos velut ad quoddam asylum confugiant metuentes. ultra hos Cimmerii et Amazones ad Caspium mare, quod in confinio ortus aestivi <sup>3)</sup> Scythicum perrumpit Oceanum...

тылу у нихъ Аримасны. Потомъ Рифейскія горы и страна, затѣненная густымъ мракомъ. (664). За тѣми же горами по ту сторону Авалона Ипербореи, у которыхъ мировая ось вращается въ непрерывномъ движеніи, племя, заслуживающее упоминанія по обычаямъ, долготѣ жизни, богопочтанію, мягкости климата, шестидесячному дню, а также концу человѣческаго обитанія. Поверхность Сарматіи, Скиѣи и Таврики имѣетъ въ длину 980000, а въ ширину—710000. Затѣмъ не считаю ничего въ Европѣ заслуживающимъ упоминанія. [Потому что и Ипербореевъ присвоила себѣ Азія].

665. Если же ты за Рипейскими горами возвратишься влѣво по протяженію сѣвернаго океана, то чрезъ народы Германіи, Галліи и Иверскіе попадешь [досл. отзовешь себя] снова въ Гадитанское устье. Вѣдь Аримфей, живущіе уже въ Азій, ведутъ жизнь подобную Ипербореемъ и пользуются почетомъ у всѣхъ народовъ, такъ что большіеся прѣбѣгаютъ къ нимъ какъ бы къ нѣкому неврыкосновенному убѣжищу. За ними *живутъ* Киммерійцы и Амазонки у Каспійскаго моря, которое у предѣловъ лѣтнаго востока прорываетъ Скиѣскій океанъ...

§ 675... ab ore Ponti ad os Maeotis sedecies centena septuaginta quinque milia passuum...

...Отъ устья Понта до устья Мэотиды 1675000 шаговъ...

§ 683... Mons Taurus... in Ripaeorum montium iuga sub nominum diversitate protenditur. nam inter cetera nomina idem Niphates est Caucasus et Sarpedon. Portarum etiam nomine censetur et alibi Armeniae, alibi Caspiae. et idem Hircanius Coraxicus Scythicus Ceraunius appellatur...

...Гора Тавръ... подъ разными именами простирается до хребтовъ Рипейскихъ горъ. Между прочими именами онъ же зовется Нифатомъ, Кавказомъ и Сарпедономъ. Онъ считается также по имени воротъ: въ одномъ мѣстѣ Арменскія, въ другомъ — Каспійскія. Онъ же называется Иранскимъ, Коракійскимъ, Скиѣскимъ и Керавсенемъ...

§ 664 ex Pl. IV, 89 et 91. || § 665 ex Pl. IV, 94 et Solino p. 101. || § 675 ex Plinio V, 47 et 48. || § 683 ex Plinio V, 97 et 98.

1) latitudo DCCXVII Plinius IV, 91. 2) glossam delevi ab interpolatore male docto additam. Eyss. 3) aestivi Salmasius: est ibi codd.

§ 689... ibi [sc. in Paphlagonia] promunturium Carambis, quod a Ponti ostio abest milibus passuum ducentis viginti <sup>1)</sup>, quantum a Cimmerico...

...Тамъ [въ Пафлагоніи] имѣе Карамбида, который отстоитъ отъ устья Понта на 22000 шаговъ, какъ и отъ Киммерійскаго *Воспора*.

§ 691... [Assyrios] excipit Media in conspectu Caspii maris, quae Caucasus montibus cingitur. sed Caucasus portas habet, quas Caspias dicunt, cautium praecisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad externorum transitum cohibendum, quamvis verno etiam serpentibus obcludantur. a quibus ad Pontum ducenta milia passuum esse non dubium est.

...За Ассиріей въ виду Каспійскаго моря начинается Мидія, которая омывается Кавказскими горами. Кавказъ имѣетъ ворота, которыя зовутъ Каспійскими; это обрѣзы скалъ, заложеныя еще желѣзными брусьями для недонущенія прохода постороннихъ, хотя въ весеннее время они непроходимы и изъ-за змѣй. Отъ нихъ до Понта несомнѣнно 200000 шаговъ.

§ 692... illam terrarum partem [sc. Bactram et Sogdianam] Laxates fluvius secat, qui Tanais putabatur, quem Demodamas dux transcendit aliumque esse perdocuit...

...Эту часть земель [т. е. Бактрію и Согдіану] прорѣзываетъ рѣка Лаксатъ, которая считалась Танаисомъ; но вождь Демодамантъ перешелъ чрезъ нее и показалъ, что это другая *рѣка*...

§ 693. Hic Persicus limes. Scythis iungitur. sed Scythico Oceano et Caspio mari, qua in Oceanum Eoum cursus est, profundae in exordio nives dehincque longa desertio. postquam Anthropophagi excursus invios reddidere. post quos Seres...

Здѣсь Персидская граница. Она соприкасается со Скиеями. Но у Скиескаго океана и Каспійскаго моря, гдѣ лежитъ путь въ Восточный океанъ, въ началѣ глубокия снѣга, а затѣмъ длинная пустыня; за нею Людоѣды сдѣлали пути непроходимыми. За ними *живутъ* Серы...

§ 703... a Gaditano freto per longitudinem directo cursu ad os Maeotis XXXIII. XXXVII milia passuum. universus autem circuitus ab eodem exordio per sinus dictos intra Maeotium lacum CLVII <sup>2)</sup>, cum ipsa vero Maeotide CLXXXII. XC.

...Отъ Гадитанскаго пролива въ длину по прямому направленію до устья Мэотиды 34037000 шаговъ; а вся окружность отъ того же начальнаго пункта по сказаннымъ заливамъ до Мэотійскаго озера 157000000, а съ самою Мэотидою — 182090000.

## LIBER VIII. DE ASTRONOMIA.

## КНИГА 8-Я. АСТРОНОМІЯ.

§ 876. Minimus autem anni dies brumalis est, qui habet horas novem; maximus solstitialis habet horas XIII licet hoc pro climatum rationibus varietur. nam climata octo sunt... deinde sextum per Hellepontum

Наименьшій день года — день зимняго солнцестоянія, который имѣетъ 9 часовъ; наибольшій — день *лѣтняго* солнцестоянія имѣетъ 14 часовъ, хотя эта *величина* мѣняется соотвѣтственно поясамъ. Поясовъ

§ 689 ex Solino p. 191 et Plinio VI, 6—7. || § 691 ex Solino p. 196 et Plinio VI, 28 et 30. || § 692 ex Solino p. 199. || § 693 ex Solino p. 200—202. || § 703 ex Plinio VI, 206—210.

1) CCCXXV M. p. vel ut aliis placet CCCL M. *Plinius*. 2) C. LVIII M. p. et CLXXIII. XCM. p. *Plinius* VI, 207.

Thraciamque et confinem Germaniae Galliam, septimum Diaborysthenis per Ponticum mare et ab altera parte Germaniam Britanniamque praecidens, ultimum est ultra Maecotis paludes et infra Riphaeos montes.

восемь... затѣмъ шестой черезъ Геллеспонтъ, Фракію и сопредѣльную Германію Галлію, седьмой — Борисѣенскій, *идуцій* черезъ Понтіиское море и съ другой стороны разрѣзывающій Германію и Британію, а послѣдній — за Мэотійскими болотами и пнже Рифейскихъ горъ.

## LIBER VIII. DE MUSICA.

## КНИГА 9-Я. МУЗЫКА.

§ 907 commemoratur *Tanais*. § 927 dicitur *cycnos Hyperboreos citharae cantus adducere* (игра на кнеарѣ привлекаетъ Иперборейскихъ лебедей).

§ 925... quid Amazones, nonne ad saluos arma tractabant? quarum una, quae concipiendi studio venerat, cum Alexandrum salutaret, donata tibicine ut magno munere gratulata discessit.

...А Амазонки, развѣ не подь *звуки* свирѣли упражнялись въ военномъ дѣлѣ. Одна изъ нихъ, пришедшая съ желаніемъ зачать, привѣтствуя Александра, получила въ даръ флейтста и обрадовавшись *ему*, какъ великому дару, удалилась *восвояси*.

## SALVIANVS.

## САЛЬВИАНЪ.

[Род., вѣроятно, въ концѣ IV в. Былъ пресвитеромъ въ Массилии и дожилъ до глубокой старости. Геннадій (De vir. illustr. 67) называетъ его епископомъ magister (вѣроятно, за его ученія) и указываетъ довольно большое количество его сочиненій, изъ которыхъ до насъ дошли «Adversum avaritiam» и «De praesenti iudicio» или «De gubernatione Dei» въ 8 книгахъ, написанное между 439 и 451 годами. — Текстъ: Corpus script. ecclesiast., v. VIII: Salviani presbyteri Massiliensis opera omnia. Rec. Fr. Pauly. Vindob. 1883].

## DE GUBERNATIONE DEI LIBRI VIII.

## О ПРАВЛЕНІИ БОЖІЕМЪ 8 КНИГЪ.

Lib. IV, § 67... Nam cum omnes... barbari aut pagani sint aut haeretici, ut de paganis, quia prior illorum error est, prius dicam, gens Saxonum fera est, Francorum infidelis, Gipedarum inhumana, Chunorum impudica, omnium denique gentium barbararum vita vitiositas. (68) sed numquid eundem reatum habent illorum vitia quem nostra, numquid tam criminosa est Chunorum impudicitia quam nostra, numquid tam accusabilis Francorum perfidia quam nostra, aut tam reprehensibilis ebrietas Alamanni quam ebrietas Christiani, aut tam damnablem rapacitas Alani quam rapacitas Christiani? si fallat Chunus vel Gipida, quid mirum est, qui culpam penitus falsitatis ignorat?...

...Такъ какъ всѣ... варвары — или язычники, или еретики, то, чтобы сказать сначала объ язычникахъ, такъ какъ ихъ заблужденіе первѣе, — племя Саксонцевъ дико, Франковъ — вѣроломно, Гипидовъ — безчеловѣчно, Хуновъ — безстыдно, наконецъ жизни всѣхъ варварскихъ племенъ порочна. Но имѣютъ ли ихъ пороки ту же *степень* преступности, какъ наши? Такъ ли преступно безстыдство Хуповъ, какъ наше, такъ ли неизвинительно вѣроломство Франковъ, какъ наше, или такъ ли заслуживаетъ порицанія пьянство Аламанна, какъ пьянство христіанина, или такъ ли заслуживаетъ осужденія хищность Алапа, какъ хищность христіанина? Если обманываетъ Хунъ или Гипидъ, то что же *въ этомъ* удивительнаго, если онъ совсѣмъ не знаетъ преступности обмана?

§ 82... numquid Scytharum aut Gipedarum inhumanissimi ritus in male dictum atque blasphemiam nomen domini salvatoris inducunt?...

...Развѣ безчеловѣчнѣйшіе обычаи Скътовъ или Гипидовъ вводятъ имя Господа Спасителя въ порицаніе или хулу?...<sup>1)</sup>

Lib. V, § 36... Quorum iniustitia tanta nisi nostra? Franci enim hoc scelus nesciunt; Chuni ab his sceleribus immunes sunt; nihil horum est apud Wandalos, nihil horum apud Gothos. tam longe enim est, ut haec inter Gothos barbari tolerant, ut ne Romani quidem, qui inter eos vivunt, ista patiantur. (37)... et miramur, si non vincuntur a nostris partibus Gothi, cum malint apud hos esse, quam apud nos Romani...

...Чья несправедливость такова, какъ наша? Франки этого преступленія не знаютъ; Хуны отъ этихъ преступленій свободны; ничего такого *нѣтъ* у Вандаловъ, ничего такого *нѣтъ* у Готевъ. Не только варвары среди Готевъ не переносятъ этого, но даже живущіе среди нихъ Римляне этого не терпятъ... И мы *еще* удивляемся, что Готы не побѣждаются нашей стороной, когда Римляне предпочитаютъ быть у нихъ, чѣмъ у насъ!...

§ 57. Quid ergo simile apud barbaros Gothos? quis eorum amantibus nocet, quis diligentem insequitur, quis cari sui mucrone iugulatur?...

*Есть ли что-либо* подобное у варваровъ Готевъ? Кто изъ нихъ вредитъ любящимъ, кто преслѣдуетъ почитающаго, кто пронзается кинжаломъ дорогого ему *лица*?...

Lib. VII, § 24. Inter pudicos barbaros impudici sumus. plus adhuc dico: offenduntur barbari ipsi impuritatibus nostris. esse inter Gothos non licet scortatorem Gothum: soli inter eos praeiudicio nationis ac nominis permittuntur impuri esse Romani. et quae nobis, rogo, spes ante deum est? impudicitiam nos diligimus, Gothi execrantur; puritatem nos fugimus, illi amant; fornicatio apud illos crimen atque discrimen est, apud nos decus...

Среди стыдливыхъ варваровъ мы безстыдны. Скажу даже больше: сами варвары поражаются нашей нечистотою. У Готевъ не допускается, чтобы Готъ былъ распутникъ: однимъ Римлянамъ дозволяется у нихъ, по предрасудку племени и имени, быть нечистымъ. И какова же у насъ, спрашиваю я, надежда предъ Богомъ? Безстыдство мы любимъ, а Готы проклинаютъ; чистоты мы избѣгаемъ, а они *ее* любятъ; распутство у нихъ — преступленіе и опасность, а у насъ — краса...

§ 47... Gothos et Wandalos haeretici nominis exprobratione despiciamus...

...Мы презираемъ Готевъ и Вандаловъ, *ставя имъ* въ укоръ имя еретиковъ...

§ 64. Gothorum gens perfida sed pudica est, Alanorum impudica sed minus perfida... omnes denique gentes habent sicut peculiaris mala, ita etiam quaedam bona.

Племя Готевъ вѣроломно, но стыдливо, Алановъ — безстыдно, но менѣе вѣроломно... вообще, всѣ племена имѣютъ какъ свойственныя имъ дурныя качества, такъ и нѣкоторыя хорошія.

1) Отвѣтъ разумѣется отрицательный: не вводятъ, такъ какъ Скифы и Гипиды — не христіане.



§ 107... iam apud Gothos impudici non sunt nisi Romani, iam apud Wandalos nec Romani...

...У Готевъ безстыдны только Римляне, а у Вандаловъ даже и Римляне не безстыдны...

## EVCHERIVS.

## ЕВХЕРІЙ.

[Быль епископомъ Лионскимъ приблизительно между 434—50 гг. Краткія біографическія данныя о немъ и перечень сочиненій даетъ Геннадій, De vir. illustr. 63. Текстъ для подлинныхъ сочиненій: S. Eucherii Lugdunensis opera omnia. Pars I. Ex recensione C. Wotke въ Corpus script. eccles. Latin., v. 31, Vindob. 1894, для комментарія къ книгѣ Бытія — Migne, Patrol. Lat. v. L, p. 893 sq.].

Извлеченія и переводъ А. И. Маленна.

## INSTRUCTIONUM LIBER I.

## НАСТАВЛЕНІЙ КНИГА I.

## DE ACTIBUS APOSTOLORUM.

## О ДѢЯНІЯХЪ АПОСТОЛЬСКИХЪ.

III. Ad euangelizandum dei verbum qui apostoli quibus sese orbis partibus intulerunt?

Для благовѣстія слова Божія какіе Апостолы и въ какія части *земноу* круга направились?

...Andreas Scythas praedicatione mollivit.

...Андрей умягчилъ проповѣдью Скеевъ.

## LIBER II.

## КНИГА II.

...Ararat Armenia in cuius montibus post diluuium arca consedit, adeo ut illic aliqua eius indicia nunc usque permaneant.

...Араратъ — Арменія, на горахъ которой ковчегъ остановился послѣ потопа, такъ что тамъ нѣкоторые его признаки остаются доселѣ.

SCRIPTA VEL DUBIE VEL FALSO  
S. EUCHERIO ATTRIBUTA.СОЧИНЕНІЯ, ПРИПИСАННЫЯ  
СВ. ЕВХЕРІЮ ИЛИ СОМНИТЕЛЬНО,  
ИЛИ ЛОЖНО.COMMENTARII IN GENESIM IN TRES  
LIBROS DISTRIBUTI.КОММЕНТАРИИ КЪ БЫТІЮ,  
РАСПРЕДЕЛЕННЫЕ НА ТРИ КНИГИ.

## LIBER II.

## КНИГА II.

Cap. X. Vers. 1 sqq. (M. col. 957). *Filii Iaphet, Gomer, et Magog, et Madai, Iavan, Tubal, et Mosoch, et Thyras.* Hi septem filii Iaphet possederunt terram in Asia, ab Amano et Tauro Coelesyriae et Ciliciae montibus, usque ad fluvium Tanain. Porro filii Gomer, Aschenes, et Riphath, et Togorma. Filii autem Iavan, Elisa et Tharsis, Cethim et Dodanim. Ab his divisae sunt insulae gentium in regionibus

Гл. X, ст. 1 слл. *Сыновья Иафета, Гомеръ и Магогъ, и Мадаи, Яванъ, Тубалъ, и Мосохъ, и Тира.* Эти семь сыновей Иафета завладѣли землею въ Азій, отъ горъ Килесприн и Киликіи Амана и Тавра до рѣки Танаида. Далѣе *сыновья Гомера, Аскенезъ, и Рифатъ, и Тогорма.* Сыновья же *Явана, Элиса и Фарсисъ, Кеѣимъ и Доданимъ.* Отъ нихъ подѣлились племена народовъ въ ихъ странахъ, каждый по

*suis, unusquisque secundum linguam et familias in nationibus suis. Nomina locis et gentibus relinquentes, e quibus postea immutata sunt plurima; caetera permanent ut fuerunt. Sunt autem Gomer, Galatae; Magog, Scythae...*

*языку и семействамъ въ своихъ племенахъ. Оставляя имена мѣстамъ и народамъ, изъ которыхъ послѣдствіи очень многія измѣнились; прочія остаются, какъ были. А они суть: Гомеръ—Галаты; Магогъ—Скѣпы...*

EX LATERCULO POLEMII SILVII.  
NOMINA OMNIUM PROVINCIARUM.

ИЗЪ СПИСКА ПОЛЕМІЯ СИЛЬВІЯ.  
ИМЕНА ВСѢХЪ ПРОВИНЦІЙ.

[«Index provinciarum ante ultimam imp. Romani divisionem compositus, a Polemio Silvio in laterculo anno 449 adhibitus, de quo cf. Mommsen in Actis soc. litt. Saxon. III 251 sq. Edidit O. Seeck Notit. Dign. p. 254—260...» (Riese). — Текстъ: Geographi Lat. min. ed. A. Riese, pp. 130—132. Cf. Monum. Germaniae hist. Auctorum antiquissim. v. IX, p. 539].

5. In Illyrico [provinciae] XVIII: ...  
14. Dacia | 15. Scythia...<sup>1)</sup>

Въ Иллирикѣ 19 провинцій: ... 14. Дакия, 15. Скѣпія...

6. In Thraciis VI: ... 3. Moesia inferior. |  
4. Scythia inferior...

Во Фракіяхъ 6: ... 3. Нижняя Мезія,  
4. Нижняя Скѣпія...

PAVLINVS PELLAEVVS.

ПАВЛИНЪ ПЕЛЛЕЙСКІЙ.

[Павлинъ, называемый по мѣсту родины Пеллейскимъ въ отличіе отъ Павлина Нольскаго, родился въ 376 г. по Р. Хр. и былъ внукомъ извѣстнаго поэта Авзонія. Свою многострадальную жизнь описалъ въ 84-лѣтнемъ возрастѣ въ стихотвореніи изъ 616 гексаметровъ, которое озаглавилъ Eucharisticos по духу христіанскаго смиренія. — Текстъ: Paulini Pellaei Eucharisticos. Recensuit et commentario critico instruxit Guillelmus Brandes въ Corp. script. eccles. v. XVI = Poetae christiani minores, pars I. Vindob. 1887].

Извлеченія и переводъ А. И. Маленна.

EUCCHARISTICOS.

БЛАГОДАРСТВЕННАЯ МОЛИТВА.

Vv. 343—400.

343 Sed mihi tam subiti concusso sorte per-  
ricli...  
345 subrepsit, fateor, nimium trepido novus  
error,  
ut me praesidio regis dudum mihi cari,  
cuius nos populus longa obsidione pre-  
mebat,  
urbe ab obsessa sperarem abscedere posse  
agmine carorum magno comitante meo-  
rum,

Но ко мнѣ, потрясенному жребіемъ  
столь неожиданной опасности<sup>2)</sup>... и, при-  
знаюсь, черезчуръ оробѣвшему, подкралось  
новое заблужденіе, именно, что я попадѣ-  
лся, что смогу удалиться изъ осажденнаго  
города<sup>3)</sup>, въ сопровожденіи большой толпы  
своихъ близкихъ, подъ защитой царя, давно  
мнѣ дружественнаго, народъ<sup>4)</sup> котораго  
тѣснилъ насъ продолжительной осадой;  
впрочемъ, я рѣшился на это и пробудилъ

1) Scythia vel adeo Scotta codd.  
3) Vasatae (hodie Bazar). 4) Аланы.

2) Возстаніе рабовъ, о которомъ разсказано выше.

350 hac tamen hos nostros spe sollicitante  
                                           paratus,  
 quod scirem imperio gentis cogente Go-  
                                           thorum  
 invitum regem populis incumbere nostris.  
 Explorandi igitur studio digressus ab urbe  
 ad regem intrepidus nullo obsistente te-  
                                           tendi,  
 355 laetior ante tamen, primo quam affarer  
                                           amicum  
 alloquio, gratumque magis fore quem  
                                           mihi rebar.  
 Perscrutato autem, ut potui, interius viri  
                                           voto <sup>1)</sup>  
 praesidium se posse mihi praestare ne-  
                                           gavit  
 extra urbem posito, nec tutum iam sibi  
                                           prodens,  
 360 ut visum remeare aliter pateretur ad  
                                           urbem,  
 ipse nisi mecum mox susciperetur in urbe,  
 gnarus quippe Gothos rursum mihi dira  
                                           minari  
 seque ab ipsorum cupiens absolvere iure.  
 Obstipui, fateor, pavefactus condicione  
 365 proposita et nimio indicti terrore pericli,  
 sed miserante deo, adfictis qui semper  
                                           ubique  
 imploratus adest, paulo post mente re-  
                                           sumpta  
 ipse licet trepidus, sed adhuc nutantis  
                                           amici  
 consilium audacter studui pro me ipse  
                                           fovere,  
 370 ardua dissuadens, quae scirem omnino  
                                           neganda,  
 praestanda quae autem, quam mox temp-  
                                           tanda perurgens.  
 Quae non sero probans vir prudens ipse  
                                           secutus,  
 ilico consultis per se primatibus urbis  
 rem coeptam adcelerans una sub nocte  
                                           peregit  
 375 auxiliante deo, cuius iam munus habebat,  
 quo nobis populoque suo succurrere  
                                           posset.  
 Concurrit pariter cunctis ab sedibus omnis  
 turba Alanarum armatis sociata maritis.  
 Prima uxor regis Romanis traditur obses,

въ близкихъ подобную надежду потому,  
 что зналъ, что царь нападаетъ на наши  
 народы не по своей волѣ, а повинувся  
 приказанію Готескаго народа. Итакъ, выйдя  
 изъ города съ цѣлью развѣдокъ, я безтре-  
 петно и безъ всякаго препятствія напра-  
 вился къ царю; однако я былъ болѣе ве-  
 селъ раньше, чѣмъ обратился съ рѣчью  
 къ другу, и рассчитывалъ, что онъ болѣе  
 угодить мнѣ. Когда я разузналъ, насколько  
 могъ, внутреннія желанія царя, онъ ска-  
 залъ, что не можетъ оказать мнѣ поддер-  
 жки, разъ я нахожусь внѣ города, и при-  
 знался, что для него уже не будетъ без-  
 опаснымъ, если онъ мнѣ, замѣченному,  
 позволить вернуться въ городъ иначе, какъ  
 и самъ вмѣстѣ со мною будетъ принять  
 въ городѣ, такъ какъ онъ зналъ, что Готемъ  
 снова угрожаютъ мнѣ муками, и желалъ  
 освободиться отъ ихъ власти. Признаюсь,  
 я одѣпенѣлъ, устрашенный предложеннымъ  
 условіемъ и чрезмѣрнымъ ужасомъ предъ  
 объявленной опасностью, но Богъ, Кото-  
 рый всегда и вездѣ помогаетъ несчастнымъ  
 по ихъ молитвамъ, помиловалъ меня: оправ-  
 вившись немного спустя, я, хотя самъ и  
 робѣлъ, но смѣло постарался расположить  
 въ свою пользу планъ еще колеблющагося  
 друга, не совѣтуя ему трудностей, отъ ко-  
 торыхъ, я зналъ, надо вовсе отказаться,  
 но настаивая на возможно скоромъ испол-  
 неніи того, что надо было сдѣлать. Благо-  
 разумный мужъ, скоро одобривъ это, самъ  
 послѣдовалъ со мною и, тотчасъ по своему  
 почину посовѣтовавшись съ первыми *ми-*  
*цами* города, онъ ускорилъ начатое дѣло  
 и въ одну ночь совершилъ то, чѣмъ могъ  
 бы помочь намъ и своему народу, съ по-  
 мощью Бога, даръ Котораго (*т. е. креще-*  
*ніе?*) онъ уже имѣлъ. Сбѣгается одинаково  
 со всѣхъ сторонъ вся толпа Аланскихъ  
 женщинъ, сочетавшись съ вооруженными  
 мужьями. Первая <sup>2)</sup> жена царя выдается  
 заложницей Римлянамъ, къ ней присоеди-  
 няется также любимый сынъ царя, а меня  
 возвращаютъ своимъ среди *друиныхъ* усло-  
 вій заключеннаго договора, какъ будто бы  
 я былъ спасенъ отъ общаго врага—Готеовъ.  
 Аланскіе вонны, готовые на *основаніи*

1) *Fort. vota Brandes.*

2) Cf. Manitius, Geschichte der christl.-lat. Poesie bis zur Mitte des 8 Jahrhunderts (Stuttgart 1891), стр. 216.

380 adiuncto pariter regis caro quoque nato,  
reddor et ipse meis pactae inter foedera  
pacis,  
communi tamquam Gothico salvatus ab  
hoste,  
vallanturque urbis pomeria milite Alano,  
acceptaque dataque fide certare parato  
385 pro nobis, nuper quos ipse obsederat  
hostis.  
Mira urbis facies, cuius magna undique  
muros  
turba indiscreti sexus circumdat inermis  
subiecta exterius; muris haerentia nostris  
agmina barbarica plaustris vallantur et  
armis.  
390 Qua se truncatam parte agminis haut  
mediocris <sup>1)</sup>  
circumiecta videns populantum turba  
Gothorum,  
ilico diffidens tuto se posse morari  
hoste intestino subito in sua viscera verso,  
nil temptare ausa ulterius properanter  
abire  
395 sponte sua legit. Cuius non sero secuti  
exemplum et nostri, quos diximus, auxi-  
liares  
discessere fidem pacis servare parati  
Romanis, quoquo ipsos sors oblata tu-  
lisset.  
Atque ita res \*\* temere a me coepta be-  
nigno  
400 auxilio domini eventu est expleta secundo.

взаимныхъ вѣрности бороться за  
насъ, которыхъ недавно сами осаждали,  
какъ враги, укрѣпляютъ валомъ стѣны.  
Удивительно зрѣлище города, стѣны кото-  
раго окружаетъ отовсюду огромная без-  
оружная толпа того и другого пола, рас-  
положившись извнѣ; прижавшіяся къ на-  
шимъ стѣнамъ варварскія полчища укрѣ-  
пляютъ себя *рядомъ* повозокъ и оружіемъ.  
Толпа опустошителей Готѣвъ, расположен-  
ная вокругъ, видя себя лишенной значи-  
тельной доли войска, тотчасъ стала коле-  
баться, можетъ ли она остаться безопасно,  
если внутренній врагъ обратился внезапно  
противъ ея сердцевины, *а потому*, не  
осмѣлившись ни на какія дальнѣйшія пред-  
пріятія, добровольно рѣшила немедленно  
удалиться. Ихъ примѣру скоро послѣдо-  
вали и такъ называемые наши помощники;  
*они* ушли готовые соблюдать мирный до-  
говоръ *по отношенію* къ Римлянамъ, куда  
бы ихъ самихъ ни закинула судьба. И та-  
кимъ образомъ дѣло, безразсудно мною  
начатое, увѣнчалось при милостивой по-  
мощи Господа счастливымъ успѣхомъ.

### C. SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIVS.

### Г. СОЛЛІЙ АПОЛЛИНАРІЙ СИДОНІЙ.

[Жилъ приблиз. въ 480—480 годахъ. Происходилъ изъ благородной фамиліи въ Лугдунѣ (Лионѣ), около 470 г. занялъ епископскую кафедру въ Клермонѣ. Отъ него сохранился сборникъ 24 стихотвореній и 9 книгъ писемъ, среди которыхъ такъ же встрѣчаются стихотворенія. На русскомъ языкѣ Сидонію посвящена диссертация С. Ешевскаго: К. С. Аполлинарій Сидоній. Москва, 1855. — Текстъ: C. Sollivus Apollinaris Sidonius. Recens. Paulus Mohr. Lips. Teubn. 1895].

#### EPISTVLAE.

#### ПИСЬМА.

Lib. IV, ep. I (ad Probum sororis maritum), § 4.

...[Eusebii <sup>2)</sup> mandata philosophica] si  
quis deportaret philosophaturus aut ad pa-

...Если бы какой-нибудь философъ пе-  
ренесъ [философскія наставленія Евсевія]

1) *Fort. mediocri Br.*

2) *Laudibus maximis effertur Eusebius Probi et Sidonii praceptor.*

ludicolas Sygambros aut ad Caucasigenas  
Halanos aut ad equimulgas Gelonos, bestia-  
lium rigidarumque nationum corda cornea  
fibraeque glaciales procul dubio emolliren-  
tur egelidarentur neque illorum ferociam  
stoliditatemque, quae secundum beluas inep-  
tit brutescit accenditur, rideremus contem-  
neremus pertimesceremus.

къ живущимъ въ болотахъ Сигамбрамъ,  
или къ рожденнымъ на Кавказѣ Аланамъ,  
или къ доющимъ кобылицъ Гелонамъ, то,  
безъ сомнѣнія, роговыя сердца и ледяныя  
жлы этихъ скотскихъ и грубыхъ племенъ  
смягчились и растаяли бы, и мы не стали бы  
смѣяться, презирать и пугаться ихъ дико-  
сти и глупости, которая на манеръ дикихъ  
звѣрей безумствуетъ, скотствуетъ и вос-  
пламеняется...

Lib. VIII, ep. IX (ad Lampridium) § 5, carm. vv. 39—51.

hinc, Romane, petis salutem,  
et contra Scythicae plagae catervas,  
si quos Parrhasis Ursa fert tumultus,  
Eorice <sup>1)</sup>, tuae manus rogantur,  
ut Martem validus per inquilinum  
defendat tenuem Garunna Thybrim.  
ipse hic Parthicus Arsaces precatur,  
aulae Susidis ut tenere culmen  
possit foedere sub stipendiali.  
nam quod partibus arma Bosphoranis  
grandi hinc surgere sentit apparatu,  
maestam Persida iam sonum ad duelli  
ripa Euphratide vix putat tuendam...

...Отсюда ты, Римлянинъ, ищешь спа-  
сенія, и если Паррасійская Медвѣдница  
привноситъ какія-либо волненія, то противъ  
скопищъ Скенеской страны требуются твои  
руки, Эорикъ, чтобы сильная Гарумна  
чрезъ своихъ обитателей отвратила Марса  
отъ слабого Тибра. Самъ Пароянскій  
Арсакъ проситъ, чтобы ему дана была  
возможность подъ условіемъ дани владѣть  
твердынею Сузіанскаго дворца; ибо, когда  
онъ узнаетъ, что отъ Босфорскихъ странъ  
поднимается оружіе съ большими приго-  
товленіями, то думаетъ, что опечаленная  
звуками оружія Персія уже не можетъ  
быть защищена берегомъ Евфрата...

Lib. VIII, ep. 12 (ad Trygetium), § 3.

Et post haec portum Alingonis <sup>2)</sup> tam  
piger calcas, ac si tibi nunc esset ad limi-  
tem Danuvinum contra incursaces Massage-  
tas proficiscendum...

...И послѣ этого ты такъ лѣнливо бро-  
дишь по Алингонской гавани, какъ будто  
бы тебѣ предстояло отправляться на Ду-  
найскую границу противъ набѣгающихъ  
Массагетовъ...

CARMINA.

II. PANEGYRICVS

dictus Anthemio Augusto bis  
consuli.

СТИХОТВОРЕНІЯ.

II. ПАНЕГИРИКЪ,

сказанный Анемію Августу, вторично  
консулу.

Vv. 54—55.

...sic trunca reportat  
Bosphoreis elephas inglorius ora tributis.

...Такъ обезславленный слонъ уходитъ  
съ обрѣзаннымъ для Босфорскихъ податей  
ртомъ.

1) Eoricus s. Euricus (s. Enarix) est rex Vesegothorum (a. 466—485).  
ad Garumnam.

2) Hodie Langon

V. 165 commemoratur Anacharsis Scytha: «quicquid laudatum est Scythicis Anacharsis in arvis».

## Vv. 235—298.

...sed omittimus istos  
ut populatores: belli magis acta revolve.  
quod bellum non parva manus nec carcere  
fracto  
ad gladiaturam tu Spartace vincte parasti,  
sed Scythicae vaga turba plagae, feritatis  
abundans,  
dira, rapax, vehemens, ipsis quoque gentibus  
illic  
barbara barbaricis, cuius dux Hormidas atque  
civis erat. quis tale solum est moresque gen-  
nusque:  
albus Hyperboreis Tanais qua vallibus actus  
Riphaea de caute cadit, iacet axe sub Ursae  
gens animis membrisque minax: ita vultibus  
ipsis  
infantum suus horror inest. consurgit in artum  
massa rotunda caput; geminis sub fronte ca-  
vernis  
visus adest oculis absentibus; acta cerebri  
in cameram vix ad refugos lux pervenit orbes,  
non tamen et clausos; nam fornice non spa-  
tioso  
magna vident spatia, et maioris luminis usum  
perspicua in puteis compensant puncta pro-  
fundis.  
tum, ne per malas excrescat fistula duplex,  
obtundit teneras circumdata fascia nares,  
ut galeis cedant: sic propter proelia natos  
maternus deformat amor, quia tensa genarum  
non interiecto fit latior area naso.  
cetera pars est pulchra viris: stant pectora  
vasta,  
insignes umeri, succincta sub ilibus alvus.  
forma quidem pediti media est, procera sed  
extat,  
si cernas equites: sic longi saepe putantur,  
si sedeant. vix matre carens ut constitit in-  
fans,  
mox praebet dorsum sonipes; cognata reare  
membra viris: ita semper equo seu fixus  
adhaeret  
rector; cornipedum tergo gens altera fertur,  
haec habitat. teretes arcus et spicula cordi,  
terribiles certaeque manus iaculisque ferendae  
mortis fixa fides et non peccante sub ictu  
edoctus peccare furor. gens ista repente  
erumpens solidumque rotis transvecta per  
Histrum  
venerat et siccas inciderat orbita lymphas.

...Но оставимъ этихъ грабителей. Я лучше разверну дѣянія войны. Эту войну поднялъ не малый отрядъ и не ты, Спартакъ, скованный для гладиаторства, разломавъ *двери* тюрьмы, но кочевое скопище Скиской земли, отличающееся дикостью, суровое, хищное, бурное, *кажущееся* варварскимъ даже для туземныхъ варварскихъ племенъ; его вождь и гражданиномъ былъ Гормидакъ. Ихъ земля, обычай и происхождение таковы. Тамъ, гдѣ падаетъ съ Рифейскихъ скалъ бѣлый Танандъ, несущійся съ Иперборейскихъ горъ, подъ осью Медвѣдицы живетъ племя, грозное духомъ и тѣломъ. Даже лица дѣтей внушаютъ особый ужасъ. Надъ круглой массой *тѣла* поднимается узкая голова; подъ челою въ двухъ щеляхъ есть зрѣніе, но нѣтъ глазъ; проникающій во вмѣстностище мозга свѣтъ едва доходитъ до впалыхъ *глазницъ* яблокъ, однако не закрытыхъ; ибо чрезъ малые своды они видятъ большія пространства, и зоркія точки въ глубокихъ впадинахъ возмѣщаютъ бѣльшія органы зрѣнія. Далѣе, для того чтобы надъ щеками не выдавались двѣ трубки *носа*, обязанная кругомъ тесьма сдавливаетъ нѣжные ноздри, чтобы онѣ могли входить подъ шлемъ. Такъ материнская любовь обезображиваетъ дѣтей, *рожденныхъ* ради битвъ, ибо растянутая площадь щекъ становится шире, если посрединѣ не возвышается носъ. Остальная часть *тѣла* у мужчинъ отличаются красотой: широкая грудь, могучія плечи, подтянутый подъ кишками животъ. Ростъ у пѣшаго средній, но становится высокимъ, если сморгнуть на всадниковъ: такъ они часто кажутся высокимъ, если сидятъ. Едва отнятый отъ *руди* матери ребенокъ станетъ *на ноги*, тотчасъ звонконогій *конь* подставляетъ ему спину; можно подумать, что туловища *лошадей* срослены съ мужскими: такъ крѣпко сидятъ вѣчно на конѣ всадникъ, какъ бы прикованный къ нему; другое племя носится на хребтѣ рогагогихъ и живетъ на нихъ. На сердцѣ *у нихъ* окруженные луки и дротики, *у нихъ* страшныя и вѣрныя руки, наносящія мѣткими копьями неизбѣжную смерть, и ярость, *умѣю-*

hanc tu directus per Dacica rura vagantem  
 contra is, aggrederis, superas, includis; et  
 ut te  
 metato spatio castrorum Serdica vidit,  
 obsidione premis. quae te sic tempore multo  
 in vallo positum stupuit, quod miles in agros  
 nec licitis nec furtivis excursibus ibat.  
 cui deesset cum saepe Ceres semperque  
 Lyaeus,  
 disciplina tamen non defuit; inde propinquo  
 hoste magis timuere ducem. sic denique fac-  
 tum est,  
 ut socius tum forte tuus, mox proditor, illis  
 frustra terga daret commissae tempore pug-  
 nae.  
 qui iam cum fugeret flexo pede cornua nu-  
 dans,  
 tu stabas acies solus, te sparsa fugaci  
 expetiit ductore manus, te Marte pedestri  
 sudantem repetebat eques, tua signa secutus  
 non se desertum sensit certamine miles.  
 i nunc et veteris profer praeconia Tulli,  
 aetas cana patrum, quod pulchro hortamine  
 mendax  
 occuluit refugi mutantia foedera Metti.  
 nil simile est fallique tuum tibi non placet  
 hostem.  
 tunc vicit miles, dum se putat esse iuvandum;  
 hic vicit, postquam se comperit esse relictum.  
 dux fugit: insequeris; renovat certamina:  
 vincis;  
 clauditur: expugnas; elabitur: obruis atque  
 Sarmaticae paci pretium sua funera ponis.  
 paretur; iussum subiit iam transfuga letum  
 atque peregrino cecidit tua victima ferro.

щяя грѣшить непогрѣшимыми ударами. Это племя, внезапно вырвавшись и пере-  
 хватъ на колесахъ чрезъ замерзшій Истръ,  
 пришло на насъ, и колея прошла по су-  
 химъ водамъ. Ты идешь прямо противъ  
 него, блуждающаго по Дакійскимъ полямъ,  
 наступаешь, побѣждаешь, запираешь; и  
 какъ только увидѣла тебя Сердика по пѣ-  
 мѣрени пространства лагеря, тѣснись  
 осадой. Она утратилась тебя, долгое  
 время стоявшаго на валу, потому что во-  
 ны производили не дозволенные, но не  
 тайные набѣги на поля. Хотя у нихъ часто  
 недоставало Цереры [т. е. хлѣба] и посто-  
 янно Лиея [вина], но не было недостатка  
 въ дисциплинѣ; поэтому вблизи непріятеля  
 они больше боялись своего вождя. Такимъ  
 образомъ наконецъ вышло, что твой тогдаш-  
 ній случайный союзникъ, скоро ставшій  
 измѣнникомъ, напрасно показалъ имъ тылъ  
 во время происшедшей битвы. Когда онъ  
 уже быстро бѣжалъ, обнажая фланги, ты  
 одинъ стоялъ строемъ, къ тебѣ стремились  
 разсѣянный вслѣдствіе бѣгства вождя  
 отрядъ, на тебя, утомленнаго пѣхотной  
 битвой, напала конница, и слѣдовавшіе  
 за твоими знаменами войны не чувство-  
 вали себя покинутыми въ бою. Иди теперь,  
 сѣдой вѣкъ предковъ, и выставяи славу  
 стариннаго Тулла, что онъ въ прекрасномъ  
 увѣщаніи ложно скрылъ колеблющійся со-  
 юзъ бѣжавшаго Метта. У тебя нѣтъ ни-  
 чего подобнаго, ты не желаешь обманывать  
 своего непріятеля. Воинъ побѣдилъ тогда,  
 когда видѣлъ для себя надобность въ под-  
 могѣ; побѣдилъ послѣ того, какъ узналъ,  
 что онъ покинуть. Вождь бѣжить: ты пре-  
 слѣдуешь; возобновляешь сраженіе: ты по-  
 бѣждаешь; запирается: ты штурмуешь; дѣ-  
 лаетъ вылазку: ты опрокидываешь и ста-  
 вишь его смерть цѣною мира для Сарма-  
 товъ. Требованіе исполняется: перебѣжчикъ  
 уже преданъ смерти по твоему приказу, и  
 твоя жертва пала отъ меча чужеземца.

Сарм. II, v. 493 commemoratur «Colchis prius agnita virgo | marito crimine quam sexu»  
 (Колхидская дѣва [т. е. Мидія], которую мужъ раньше узналъ по злодѣянью, чѣмъ по полу).

V. PANEGRICVS

dictus domino Imperatori Caesari Iulio  
 Valerio Maioriano Augusto.

V. ПАНЕГИРИКЪ,

сказанный государю императору Цезарю  
 Юлію Валерію Маіоріану Августу.

Vv. 46—48 in recensendis divitiis diversarum regionum dicitur: [fert] arma Cha-  
 lybs, ... Pontus castorea» (Халивъ [приноситъ] оружіе, ... Понть — бобровую струю).

## Vv. 107—115.

Fertur, Pannoniae qua Martia pollet Acincus,  
 Illyricum rexisse solum cum tractibus Istri  
 huius <sup>1)</sup> avus; nam Theodosius, quo tempore  
 Sirmi  
 Augustum sumpsit nomen, per utramque ma-  
 gistrum  
 militiam ad partes regni venturus Eoas  
 Maiorianum habuit. Latilis sunt condita fastis  
 facta ducis, quotiens Scythicis illata colonis  
 classica presserunt Hypanim, Peucenque ri-  
 gentem  
 mente salutatis irrisit lixa pruinis.

Говорятъ, что дѣдъ его [Маіоріана] цар-  
 ствовалъ надъ Иллирійской землей вмѣстѣ  
 съ теченіемъ Истра, тамъ, гдѣ въ Панноніи  
 процвѣтаетъ воинственный Акинѣй. Тео-  
 досій въ то время, какъ принялъ въ Сир-  
 мии имя Августа, имѣлъ *при себѣ* Маіо-  
 ріана *въ качествѣ* магистра обѣихъ армій,  
 намѣреваясь направиться въ восточныя  
 части государства. Въ Латійскія лѣтописи  
 внесены дѣянія вождя, *совершавшіяся* ка-  
 ждый разъ, когда направленные противъ  
 Скѣвскихъ поселенцевъ флоты давили *со-  
 бою* Ипанидъ, и маркитавтъ подсмѣивался  
 надъ замерзшей Певкой, мысленно при-  
 вѣтствуя морозы...

## Vv. 132—136 (in comparatione).

...sic torva Pelasgum  
 Colchis in aplustri steterat trepidante marito  
 Absyrtum sparsura patri facturaque caesi  
 germani plus morte nefas, dum funere pugnat  
 et fratrem sibi tela facit; vel cum obruit ignem  
 taurorum plus ipsa calens textitque trementem  
 frigida flamma virum, quem defendente ve-  
 nepo  
 inter flagrantes perhibent alsisse iuencos...

...Такъ свирѣлая Колхидянка, между  
 тѣмъ какъ *ея* мужъ трепеталъ *отъ страха*,  
 стояла на корнѣ *корабля* Пелазговъ, на-  
 мѣреваясь разбросать Абсирта для отца и  
 совершить убіеніемъ брата болѣе чѣмъ  
 смертный грѣхъ, сражаясь убійствомъ и  
 дѣлая брата своимъ оружіемъ; или когда  
 она, сама болѣе пылая *страстью*, уничто-  
 жила огонь быковъ, и холодное пламя за-  
 крыло дрожащаго мужа, который, какъ го-  
 ворятъ, подъ защитою зелья чувствовалъ  
 холодъ среди пышущихъ *пламенемъ* тель-  
 цовъ...

## V. 260 dicitur Colchus gramina novisse (Колхъ знаетъ зелья).

## Vv. 279—283 et 288—290 (Aetii verba).

...tua viscera ferro,  
 Maioriane, petam, Phoebus si nocte refulget,  
 Luna die, duplex ponto si plaustra novatur  
 Parrhasis <sup>2)</sup>, Atlantem Tanais, si Bagrada  
 cernit

...Я поражу мечемъ твою внутренность,  
 Маіоріанъ, если Фебъ сіяетъ ночью, а Луна  
 днемъ, если двойная Паррасида обновляетъ  
 въ морѣ свои новозки, если Танаядъ ви-  
 дить Атланта, а Баграда—Кавказъ,... если

1) Scil. Maioriani.

2) Scil. ursae maior et minor.



Caucason,...

....Pyladen si stravit Orestae  
vel furibunda manus, raperet cum Taurica  
sacra

matricida pius...

даже въ безуміи рука Ореста сразила Пи-  
лада, когда почтительный матереубійца по-  
хищалъ Таврическія святыни...

V. 329 commemoratur «Scythica feritas».

Vv. 470—479 et 485—489.

licet aggredieris, quod nullus tempore nostro 470  
Augustus potuit: rigidum septemplicis Histri  
agmen in arma rapis. nam quicquid languidus

axis  
cardine Sithonio sub Parrhase parturit Ursa,  
hoc totum tua signa pavet; Bastarna, Suebus,  
Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus,  
Halanus,

Bellonotus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,  
Bisalta, Ostrogothus, Procrustes, Sarmata,  
Moschus

post aquilas venere tuas; tibi militat omnis  
Caucasus et Scythicae poter Tanaiticus undae.

.....  
obsequium gens una negat, quae puper ab

Histro 485  
rettulit indomitum solito truculentior agmen,  
quod dominis per bella caret populoque su-  
perbo

Tuldila plectendas in proelia suggerit iras.

...Ты тотчас приступаешь къ тому,  
чего не могъ *сдѣлать* въ наше время ни  
одинъ Августъ: ты увлекаешь къ оружію  
суровую рать семнустнаго Истра. Твоихъ  
знаменъ ужасается все, что производитъ  
медленно *вращающаяся* ось подъ Парра-  
сійской Медвѣдницей на Сиеонскомъ мер-  
идіанѣ; Бастарнъ, Свевъ, Паннонецъ, Невръ,  
Хунъ, Геть, Дакіецъ, Алянъ, Беллонотъ,  
Ругъ, Бургундіонъ, Вевъ, Алитъ, Висалтъ,  
Остроготъ, Прокрустъ, Сарматъ и Москъ  
шли за твоими орлами; для тебя несетъ  
военную службу весь Кавказъ и пьющій  
Скинскую воду Танаитъ... Одно племя  
отказывается въ повиновеніи, племя сверхъ  
обыкновенія свирѣпое, которое недавно  
отвело отъ Истра непокорную рать, не имѣ-  
ющую вождей въ войнахъ, и Туддла вну-  
шаетъ гордому народу ярость для битвъ.

VII. PANEGYRICVS

dictus Avito Augusto.

VII. ПАНЕГИРИКЪ,

сказанный Авиту Августу.

Vv. 43—44 poeta Histrum hisce adloquitur verbis: «Scythiaeque vagis equitate sa-  
tervis Hister» (я ты, Истръ, взвѣженный кочевыми толпами Скиеи).

Vv. 72—76 et 83—84 (ex oratione deae Romae ad Iovem).

...Libycum mea terruit axem  
cuspis et infido posui iuga tertia Poeno.

Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes  
Armeniae, Ger Aethiopum Tanaisque Getarum  
Thybrinum tremuere meum...

...Мое копье устршило Ливійскую  
страну, и я наложила третье ярмо на въ-  
роломнаго Пунійца. Предъ мнойъ Тибри-  
номъ дрожали индійскій Гангъ, колхидскій  
Фасидъ, арменскій Араксъ, эіопскій Геръ

V. 476 An Halanus bello notus? || V. 477: Pirustes Wilamowitz.

Sauromatem taceo ac Moschum solitosque  
 edoctum sequeris; qui, quamquam celsus in  
 armis,  
 nil sine te gessit, cum plurima tute sine illo.  
 nam post Iuthungos et Norica bella subacto  
 victor Vindelico Belgam, Burgundio quem  
 trux  
 presserat, absolvit iunctus tibi. vincitur illic  
 cursu Herulus, Chunus iaculis Francusque  
 natatu,  
 Sauromata clipeo, Salius pede, falce Gelonus...

и гетскій Танандъ... Я умалчиваю о Савро-  
 махъ, Москахъ и Гетахъ, имѣющихъ  
 обычай пить окривленное молоко и кра-  
 сить кубки жилами....

## Vv. 230—237.

Aetium interea, Scythico quia saepe duello  
 est  
 edoctus, sequeris; qui, quamquam celsus in  
 armis,  
 nil sine te gessit, cum plurima tute sine illo.  
 nam post Iuthungos et Norica bella subacto  
 victor Vindelico Belgam, Burgundio quem  
 trux  
 presserat, absolvit iunctus tibi. vincitur illic  
 cursu Herulus, Chunus iaculis Francusque  
 natatu,  
 Sauromata clipeo, Salius pede, falce Gelonus...

...Между тѣмъ ты слѣдуешь за Аетіемъ,  
 потому что онъ часто учился въ войнѣ со  
 Скиѣми; но хотя онъ и высокъ въ оружіи,  
 онъ ничего не сдѣлалъ безъ тебя, а ты —  
 очень многое безъ него. Ибо послѣ Юеун-  
 говъ и Норикскихъ войнъ, покоривъ Вин-  
 деликовъ, онъ вкупѣ съ тобою побѣдоносно  
 освободилъ Белговъ, которыхъ стѣснили  
 свирѣпыя Бургундіоны. Тамъ Геруль по-  
 бѣждается бѣгомъ, Хунъ дротиками, Франкъ  
 плаваньемъ, Савроматъ щитомъ, Салій но-  
 гами, Гелонъ косою...

## Vv. 316—328.

Iam praefecturae perfunctus culmine tandem  
 se dederat ruri (numquam tamen otia, num-  
 quam  
 desidia imbellis: studiumque et cura quieto  
 armorum semper): subito cum rupta tumultu  
 barbaries totas in te transfuderat Arctos,  
 Gallia. pugnacem Rugum comitante Gelono  
 Gepida trux sequitur; Scirum Burgundio cogit;  
 Chunus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, To-  
 ringus,  
 Bructerus, ulvosa vel quem Nicer alluit unda  
 prorumpit Francus; cecidit cito secta bipenni  
 Hercynia in lintres et Rhenum texuit alno;  
 et iam terrificis diffuderat Attila turmis  
 in campos se, Belga, tuos...

...Уже, исполнивъ высокую должность  
 префекта, *Аетій* удалился въ деревню  
 (впрочемъ, и *здесь онъ* никогда не *преда-*  
*вался* досугу и мирному бездѣйствию: живя  
 на покоѣ, онъ постоянно упражнялся въ  
 военномъ дѣлѣ и заботился о немъ), — какъ  
 вдругъ поднятое внезапнымъ смятеніемъ  
 варварство излило на тебя, Галлія, весь  
 Сѣверъ: за воинственнымъ Ругомъ въ со-  
 провожденіи Гелона слѣдуетъ свирѣпый  
 Гепидъ; Скира побуждаетъ Бургундіонъ;  
 вторгается Хунъ, Беллопотъ, Невръ, Ба-  
 старъ, Торингъ, Бруктеръ и Франкъ, ко-  
 тораго омываетъ *своей* волной заросшей  
 камышами Никеръ; скоро палъ Герцинскій  
 лѣсъ, срубленный сѣкирой на челвы, и по-  
 крылъ Рейнь судами; и уже паводящія  
 ужасъ полчища Аттилы разлились по тво-  
 имъ полямъ, Белгъ...

## Vv. 452—457.

luce nova veterum coetus de more Getarum  
 contrahitur; stat prisca annis viridisque se-  
 nectus

...Рано утромъ составляется сходка по  
 старинному обычаю Гетовъ: стоятъ старцы,  
 преклонные годами, но свѣжіе умами; то-

consiliis; squalent vestes ac sordida macro  
linthea pinguescunt tergo, nec tangere possunt  
altatae suram pelles, ac poplite nudo  
peronem pauper nodus suspendit equinum.

порщатся ихъ одежды, грязныя полотняныя  
рубахи досыта на худощавыхъ спинахъ,  
приподнятыя плащи изъ шкуръ не дости-  
гаютъ голеней и бѣдный узелъ привязы-  
ваетъ обувь изъ конской кожи подъ обна-  
женнымъ колѣномъ...

IX. AD FELICEM.

СТИХ. 9-Е КЪ ФЕЛИКСУ.

Vv. 30—37.

Non Cyrum Astyagis loquar nepotem,  
nutritum ubere quem ferunt canino,  
cuius non valuit rapacitatem  
vel Lydi satiare gaza Croesi;  
cuius nec feritas subacta tunc est,  
caesis milibus ante cum ducentis  
in vallis Scythicae coactus artum  
orbatae ad Tomyris veniret utrem.

Я не буду говорить о Кирѣ, внука  
Астиага, вскормленномъ, по преданію, сос-  
цами суки, хищности котораго не могли  
насытить даже сокровища Лидійскаго Креза  
и свирѣлость котораго не укротилась даже  
тогда, когда, по избіеніи двухсотъ тысячъ,  
онъ былъ завлеченъ въ ущелье Скинской  
долины и попалъ въ мѣхъ осиротѣлой То-  
мирин.

Vv. 65—75.

Non vectos Minyas loquente silva  
dicam Phasiaco stetisse portu,  
forma percita cum ducis Pelasgi  
molliret rabidos virago tauros,  
nec tum territa, cum suus colonus  
post anguis domiti satos molares  
armatas tremebundus inter herbas  
florere in segetem stuperet hostem  
et pugnantibus hinc et hinc aristis  
supra belliferas madere glaebas  
culmosos viridi cruore fratres.

Я не буду говорить о томъ, какъ Ми-  
нин, пріѣхавшіе на говорящемъ кораблѣ,  
стали въ Фасійской гавани, когда дѣва,  
прельщенная красотою Пелазгическаго во-  
ждя, укротила бѣшеныхъ быковъ и не ис-  
пугалась даже тогда, когда пришелецъ,  
посѣявъ зубы укрощеннаго змѣя, съ тре-  
петомъ и изумленіемъ увидѣлъ, что среди  
вооруженной травы растутъ въ видѣ по-  
сѣва врагъ и среди борющихся съ разныхъ  
сторонъ колосьевъ выросшіе на принес-  
шихъ войну глыбахъ, какъ знаки, братья  
орошаются свѣжею кровью.

V. 177 inter «divos specialibus faventes agris, urbibus insulisque» commemorat poeta *Dianam Scythis* faventem. — V. 269—270 commemoratur «qui tempore Caesaris secundi aeterno incoluit Tomos reatu», scilicet Ovidius.

XI. EPITHALAMIVM.

XI. БРАЧНАЯ ПѢСНЬ.

V. 22 inter lapides pretiosos commemoratur *iaspis Scythicus*.

Vv. 93—97.

...[Venus] dixit currumque poposcit,  
cui dederant crystallata iugum, quae frigore  
primo,

...Такъ сказала [Венера] и потребовала  
колесницу, ярмо которой было сдѣлано  
изъ кристалловъ, которые при первона-

orbis adhuc teneri glacies ubi Caucason auget,  
strinxit Hyperboreis Tanaitica crusta pruinis  
naturam sumens gemmae, quia perdidit undae.

чальномъ холодѣ,— когда ледъ только что  
созданнаго *земного* круга увеличивалъ  
Кавказъ,— сплотила Танаидская кора въ  
Иперборейскихъ вѣняхъ, принимая при-  
роду драгоцѣннаго камня, такъ какъ по-  
теряла *природу* воды.

Carm. XXII (Burgus Pontii Leontii) v. 2 commemorantur *Taurica regna Thoantis*.

XXIII. AD CONSENTIVM.

XXIII. КЪ КОНСЕНТИУ.

Vv. 241—254.

Hinc si foedera solverentur orbis,  
pacem te medio darent feroces  
Chunus, Sauromates, Getes, Gelonus;  
tu Tuncrum et Vachalim, Visurgin, Albin,  
Francorum et penitissimas paludes  
intrares venerantibus Sygambris  
solis moribus inter arma tutus,  
tu Maeotida Caspiasque portas,  
tu fluxis equitata Bactra Parthis  
constans intrepidusque sic adires,  
ut fastu posito tumentis aulae  
qui supra satrapas sedet tyrannus  
ructans semideum propinquitates  
lunatum tibi flecteret tiaram.

...Здѣсь, еслибы нарушались договоры  
на землѣ, при твоёмъ посредствѣ дали бы  
миръ лютые Хунъ, Савроматъ, Геть и Ге-  
лонъ; ты пришелъ бы на Тункръ, Вахалъ,  
Везеръ, Эльбу и на самыя отдаленныя бо-  
лота Франковъ, съ почетомъ провожаемый  
Сыгамбрами, безопасный среди оружія,  
благодаря своимъ правамъ; ты твердо и  
безтрепетно пришелъ бы на Мэотиду, къ  
Каспійскимъ воротамъ и въ Бактры, объ-  
ѣзжаемая распущенными Парянами, и ти-  
ранъ, сидящій надъ сатрапами и постоянно  
